



1. Budder's: Joh. Franc. J. Epistola in nocentiam quorundam Ministrorum Ecclesie in Silesia vindicandam spectans. 1723.
2. Bücher's: Christ. Fried. Theres orthodox & 1702.
3. Chladeny's: Mart. J. Diff. sistens de maximam ex consilio Gamahelis cavendam, Wittenb. 1718.



מלאך המליך 25 26.

SIVE

De

2f

# ANGELO INTERPRETE

DISSERTATIO PHILOLOGICA ;

*quam*  
ad vindicandum illustrandumque Locum  
IOBI XXXIII, 23.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
*SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,*

**DN. PHILIPPO WILHELMO,**  
PRINCIPE BORUSSIAE, MARCHIONE BRAN-  
DENBURGICO, CETERA, ET DUCATVS MAGDEBURGICI

GVBERNATORE,

PRAESIDE

**IO. HEINRICO MICHAELIS,**  
GR. ET OO. LL. P. P. ORD.

*PATRONO SVO, PRAECEPTORE AC HOSPITE AETERNVM COLENDO,*

pro priuilegijs Philosophiae & Artium

MAGISTRI impetrandis

placido Eruditorum examini submittet

AUCTOR

**CHRISTOPHORVS PRAETORIVS,**

Wollin. Pomeranus.

A. D. IV. IVNII. clō Ibcc VII.

---

HALAE LITTERIS ORPHANOTROPHEL.



15  
DE  
SIVE  
1720

# ANGELLO INTERPRETE

DISSERTATIO PHILOLOGICA ;

ad vindicandum illusterrimumque Locum  
JOBI XXXIII. 23.

RECTORIS MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPIS AC DOMINI,

DN PHILIPPUS WILHELMUS  
PRINCIPIS BORUSSIAE, MARCHIONIS BRAN-  
DENBURGICO, CETERA, ET DUCATUS MAGDEBURGICI  
GOVERNATORE,

PRÆSIDE

IO. HEINRICO MICHAELIS,

GRÆT. OUL. P. P. ORD.

PRÆTORIS SVO, PRÆTORIS AC APOSTOLICÆ ACADEMIÆ COLENDI

pro privilegio Philosophiæ & Arithm.

MAGISTRI impetrandis

placido studiorum examini submittet

AUTOR

CHRISTOPHORVS PRÆTORIVS

Wollm. Pommeranus.

A. D. IV. IVMII. CH. MCC. VII.

HALÆ LITTERIS ORPHANOTROPHÆI.







DISSERTATIONIS  
CONSPECTVS.

**M**essias in *V. T.* cuius proprium obiectum est, diligenter inuestigandus §. I. Eo præsentis dissertatio tendit §. II. Sequitur Oraculi enarratio §. III. cuius scopus & analysis exponitur §. IV. *V.* Speciatim particula *DN* eruitur §. VI. atque generalior Obiecti appellatio §. VII. Quid *DN* notet §. VIII. una cum subiecto oraculi euoluitur §. IX. De genuino Obiecto sententia prima, per hunc Angelum poenitentiam intelligens, refutatur §. X. Altera de verbi præcone recensetur ac refellitur §. XI. XII. Tertia de Angelo creato expenditur §. XIII. XIV. Adiicitur *Versonis* LXXII. Interpretum examen §. XV. Thesis ipsa, quod Messias sit verum Oraculi obiectum, posita §. XVI. stabilitur ex nostro textu §. XVII. XVIII. XIX. XX. XXI. ex parallelismo historico *V. T.* seu aliis huius Angeli apparitionibus §. XXII. XXIII. XXIV. XXV. Accedit collatio *N. T.* realis in simili exemplo §. XXVI. verbalis, qua singulas phrasas §. XXVII. Adplicatur disputata strictim ad nostrum Messiam §. XXVIII. adiectis huius appellationis rationibus §. XXIX. Conclusio singulos sui in hunc Angelum officii communes facit §. XXX.

I.

**T**anto vehementius Andreæ, sociorumque Ioh. I. 42. appetere gaudium, quo diu promissum, tandemque sibi manifestatum excipiebant Messiam, quanto concitatior omnes tunc temporis fideles SALVTIS detinebantur expectatione. Eum quippe licebat externis intreri oculis, manibusque corporeis contrectare, quem communis credentium Parens Abraham mente sua lætus præuidebat,

A

orum



orum Regum , Prophetarum & fidelium reliquorum sacra cohors videre intimo desiderio flagrabat. Quæ singularis felicitas quanquam nobis, *εις ἕς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησεν* (1 Cor. X, II.) non æque contingat, neutiquam tamen primis Christi discipulis hac in parte infeliciores sumus censendi, quotquot vera fide nostrum Messiam amplectimur. Cum scilicet, teste gentium Apostolo 2 Cor. V, 16. neque Christum amplius nouerimus *κατὰ σάξια*, fidei adhuc oculis in verbo se conspiciendum præbet iis, qui his eum vestigiis sollicita deuotaque conanamente indagare. Iccirco eodem iam tempore ad Mosis Legislatoris prædictiones Ioh. V, 46. atque totius Scripturæ vaticinia v. 49. incredulos remittebat ciues, quod cuncta de se, vno quasi ore fuerint testata. Neque vero aliter pia Iudæorum Antiquitas sibi persuasum habuit, quam Prophetas omnes de Messia eiusque diebus vaticinatos esse A. Et. III, 22. 24. c. X, 43. Quam traditionem verissimam sapiens Dei prouidentia non in *Talmude* tantum *Massechet* *שנת* c. VI. fol. 63. a. ac in *Gemara Sanhedrin* a *Cocceio* excerpta c. XI, §. 37. conseruatam voluit; sed eandem a recentioribus adhuc Iudæorum Doctoribus propagari, multa, quæ in illorum libris occurrunt, confirmant testimonia. Satis probatus testis nobis est *R. Bechai*, sub finem sæculi p. C. N. XIII, apud suos celebris, Comm. in Pent. f. 150. c. diserte affirmans: *דרשו חז"ל כל הנביאים כולם לא נתנבאו אלא לימות*  
*ונוכר* *Observarum Rabbini nostri, Prophetas non tam de vita æterna, quam de Messie diebus vaticinari &c.* Hisce prorsus similia leguntur apud *Maimon.* in Porta Mosis Pocockii p. 155. quæ *R. Abarbanel* Comm. ad Dan. IX, fol. 63. d. ex maioribus fidelissime repetiit. Idem quoque in *Rosch Emunah* c. XIV. rat. 3. bene obseruat, non tantum Prophetarum, sed Legis etiam & *תנאים* eundem fuisse scopum, quod a se dilucide in *Maschmia Teshua* probatum l. c. asserit, exemplum forsan *Auctoris Midrasch Tillim* imitatus, qui ad Pf. II, 7. f. 4. b. ex cunctis scripturæ partibus ostendit, sanctos Viros de Messia fuisse vaticinatos. Quam si contuleris traditionem cum alia, quæ apud *R. Abr. b. Efram* legitur ad Dan. IX, 24. *כל הנביאים התנבאו על דבר בית שני*  
egre-



egregie corroboramur, ad nostrum, quem colimus Christiani, verum Mesiam, qui tanquam Dominus ad templum II. aduenit, omnia V. T. oracula spectare.

II. Quodsi vero paullo curatius ad ea V. T. vaticinia, quæ reliquis manifestius Mesiam describunt, attendimus, tantâ se nobis eorundem offert multitudo, vt singulis pro sua dignitate euoluendis, vix tota sufficeret vita nostra. Variis enim modis, nostræ se accommodaturus infirmitati, Spiritus S. hanc vnicam generis humani spem prænuntiauit. In quibus forte primum obtinent locum variæ appellationes, quibus tanquam genuinis characteribus Mesiam designare voluit, quo eo certius a mortalibus agnosci atque coli posset. Post illa vero nomina, quæ ad essentiam ipsius describendam pertinent, frequentius eo vix dabitur, quo tanquam Dei Legatus ac Internuntius vel simpliciter מלאך יהוה, vel cum apposito מלאך יהוה, aliisque indicatus, antiqui foederis cultoribus innotuit. De quo dignissimo Christianæ meditationis argumento cum *Cl. Præses* noster ante hos quatuor annos agere, ac aliquot ex Geneseos libro testimonia hunc in finem coeperit vindicare, animus initio erat, eandem hac occasione telam persequi, & illos, qui in hoc ac sequente libro restabant textus, eadem pertractare methodo. Sed manu operi admota, ampla testimoniorum seges animum ab instituto profusus reuocabat, quod illustrium textuum multitudine nobis non occupari, sed obrui videbatur. Quare temporis studiorumque nostrorum ratione habita, vnum tantum ex Iobo selegimus oraculum, difficillimum quidem, elegans tamen, & spiritualis solarii, quod Filii Dei munus tam luculenter depingit, plenissimum. Qui vt profecto illustris est locus, ita variis *Ψευδερμνείαις* adeo obscurus est redditus, vt si auctoritatem sequi constitueris istorum Interpretum, quiduis potius, quam summum hunc Dei ad homines Legatum in eo agnoueris. Dabimus ergo, Deo iuvante, operam, vt hunc INTERPRETEM ab istis commentis contortisque interpretationibus non tantum liberemus, sed vna, quis ac qualis sit, tam ex ipsis textus circumstantiis, quam abundantanti scripturæ parallelismo ostendamus.



III. Integrum, quod præmittendum videtur, vaticinium Elihu fons Ebraicus Tob. XXXII, 23. 24. ita exhibet:

אִם יֵשׁ עָלַי מְלֶאךְ מַלְיָן אֶחָד כִּנְיָ אֵלֶיךָ לְהַגִּיד לְאַדָּם יְעָרָו  
וַיִּזְכְּנוּ וַיֹּאמְרוּ פִּדְעוּהוּ מִדֶּרֶת שְׁחַת מִצְּאֵתִי כִפֹּר

*Iunius & Tremellius reddunt: Si adsit ei nuntius, interpres vnus ex mille, qui indicet homini equitatem illius, & de gratia eum allocutus dixerit: redime eum, ne descendat in foueam, expiatione (quam) inueni. At melius B. Sebast. Schmidius: Si fuerit apud eum Angelus Interpretes, vnus (ille) ex millibus; ad annuntiandum homini reuerentiam suam: miserebitur eius & dicet: redime illum a descendendo in foueam; inueni (enim) satisfactionem. In presenti vero tractatione ne dissertationis limites transgrediamur, de ipso מַלְיָן מְלֶאךְ quis sit, quæque appellationis huius ratio, per summa tantum capita ex priore commate differemus; vberiori alterius commatis deductione in aliud tempus & opportunitatem reseruata.*

IV. In limine huius tractationis adhuc constituti, non possumus, quin auctorum *B. Franzii* de interpret. p. 48. seqq. canonum recordemur, quibus ad intelligenda S. Scripturæ oracula, post accuratam Ebraicæ & Græcæ linguarum notitiam, textuum coherentiam considerationem potissimum commendat. Quæ observatio eo magis iam nobis attendenda videtur, quo acrius Iudæi nos accusare consueuerunt, quod nulla nexus ratione habita, aut textus circumstantiarum, quæcunque ad nostrum Messiam demonstrandum rapiamus, refragante quamuis totius dicti contextu. Ita quippe audacter satis *R. Lipman* in *Nizzachon* Edit. Hackspan. p. 124 scribit: זה כְּנִוּוֹם לְתַפְסִים אֶחָד; אוֹתוֹ כְּלִי רֵאוּת מִה שְׁלֹפְנִים וּמֵה שֶׁל אֶחָד; *Hic mos ipsorum (Christianorum) est, vt unicam arripiant literam, non considerantes, quæ antecedunt, aut quæ sequuntur.* Sed quam vere scribat, & anne potiori iure suæ gentis Doctoribus hoc crimen impingatur, illis relinquo iudicandum, qui vel modice in scriptis illorum versati sunt. Interim neque diffiteri omnino possumus, in nostro potissimum loco Interpretes dissentientes negligentiore antecedentium consideratione a veritatis tramite abductos esse; quæ tamen, si debito expenduntur studio, omnem videntur in h. l. difficultatem tollere.

V.



V. Primam itaque sermonis occasionem vt alius paullo re-  
petamus, antecedens libri sectio longam continet trium ami-  
corum cum adflicto Iobo disputationem, in qua suam de Crucis  
mysterio ignorantiam non semel prodiderant. Qui dum Iobo,  
suam diuini cultus morumque innocentiam probanti satisfacere  
non possent, tandem *Elihu* filius Barachel, Buzita, quem Iudæi  
in *Seder Olam Rabba* p. 59. inter *Prophetas* collocant, qui נתנבא  
לאומות עד שלא ניתנה התורה לישראל *vaticinati sunt gentibus,*  
*priusquam Lex promulgaretur Israeli,* disputata, iusta in amicos in-  
dignationem oris, c. XXXII. reasumit, ac quæ forte Iobo, since-  
ro alias & a patientia laudato Iac. V. 11. nimius dolor duriora ex-  
torserat verba, modesto, si fontem inspexeris, animo refellit.  
Nec absque diuina benedictione. Tantum enim abest, vt hic  
*Elihu* cum reliquis amicis a Deo c. XLII. reprehensus sit, vt poti-  
us lobus, accedente ipsius Dei opera, suarum imbecillitatum  
conuictus, de illis serio dolere coeperit. Adeoque suam ad Iob-  
um orationem post diuturnum modestumque silentium, ac  
vanam solidæ responsionis expectationem demum orditur c.  
XXXI. qua, causis loquendi primum indicatis, tandem c.  
XXXIII. 8-11. Iobi errores, partim ex adflicti verbis, partim ex  
iis per æquas ratiocinationum leges collectos demonstrat, eos-  
que a v. 12. ad capitis vsque finem modeste ac solide refutat. Di-  
stincte vero & singulatim illas Iobi obiectiones diluit; *prima* sc.  
v. 9. seqq. *quod purus atque innocens sit,* infinitis modis maiorem  
sanctitatem Dei opponendo v. 12. eiusque reuelationis liberta-  
tem v. 13-15. adeo vt omnium, quibus hominem probare solet,  
adflictionum rationem, tanquam ipso maior v. 12. reddere non  
teneatur v. 13. hincque lobus nullam habeat causam, duriter  
contra Deum loquendi, si non vbique Dei viarum æquitatem  
assequi possit, quum homo sit, spærumque infirmitatum obliuisci  
minime debeat. Ad *alienam* vero, *quod nimium affigatur,* respon-  
det, rectius ceteris lobum instruens in Crucismysterio: dum  
eius obseruat (1) *finem,* ab ipso Deo intentum v. 17. 18. (2) *modum,*  
quando reluctantes per internas æque castigationes, ac carnis  
adflictiones in viam reuocare conatur, aut saltem coercet v. 19-  
22. Ac, ne quis putet, per adflictiones hominem cum Deo in gra-



gratiam redire, aut offensum placari Numen, (3) ostendit veram ex *ius liberationem* s. *medicinalem euentum* per ANGELI ILLI-VS INTERPRETIS s. ADVOCATI deprecationem v. 23. 24. Tandem (4) *Crucis usum fructumque* adicit v. 25-30. Scopus ergo totius pericopæ huius est, vt *unicam* Iobo *vera felicitatis vim*, in *mediatione* & *λυτρωσ* huius *Angeli aduocati* quærendam, exponat. Quibus Iobum ad propriam suam confessionem quasi reuocare videtur, qua c. XIX, 23. 24. fidem suam in *Goelem* s. *unicum Resdemtorem Mesiam* verbis testatus erat significantissimis. Hæc de scopo sufficiant; nunc ad alia pergemus.

VI. Ante vero, quam ad ea, quæ rem ipsam tangunt, textus momenta progrediamur, de primariis vocibus singulariter agemus, vt expeditiores ad reliqua, quæ exponenda sunt, habeamus rationes. Frequentior particula *DN* significatus *conditi-* *onalis* quosdam Interpretes mouit, vt non, nisi de homine quodam & sincero Dei ministro, quorum non magna reperitur copia, explicarent. Sed esto, non aliam admittere præter conditionalem significationem huius particulae visum, necessario tamen ad *unicum Mediatorem Christum* referri debet. Duplicem *Io. Cocceius* Opp. T. I. p. 577. ostendit particula in hac structura emphasin. (1) quod sc. *feri aliter nequeat, vt homo misericordiam, reconciliationem, iustitiam atque salutem impetret, nisi apud se habuerit hunc Conciliatorem* & *μωσιτυν*. (2) *hypotheticam locutionem simul Dei in hoc beneficio conferendo libertatem docere.* Alteram tamen expositionem, quum vniuersali Christi mediationi detrahere videatur, cum commodiore alia commutemus, vt nostrum Elihu h. I. non de ipsa *Angeli deprecatione*, sed *efficaci eius applicatione* per fidem loqui statuamus, quæ effectum demum in afflicto subiecto assequitur, vt sequentia commata testantur abunde. Quæ quod non æque apud omnes reperiat applicatio, culpa ipso in homine, non in Deo quærenda est.

VII. Sequitur *Obiecti*, quod propius ad causam nostram pertinet, descriptio, per duplex nomen indicata. Primum est generalius, & quia variis in scriptura inditur, varias etiam easque diuersas peperit interpretationes. De vocis *ἄνθρωπος* deriuatione vsuque post aliorum eruditos labores nihil addo, paucis com-



complectar omnia. Notat Ebræis, Arabibus etiam & Aethiopi-  
bus *Legatum*, quod non *persona*, sed *muneris* nomen est, in quo  
vtpote frequentiore significatu adqueſcimus. Videantur, quæ  
*Cl. Praeses* Dissert. de מלאך יהוה erudite hanc in rem collegit §. II.  
p. 5. Vnum hoc ad maiorem nostro speciatim textui adfun-  
dendam lucem notamus, quod, cum post creaturas hæc appel-  
lato sensu primario *Filio Dei*, qui, ipsa Patris imago, Eius per-  
sonam iam ante incarnationem in V. T. gessit, conueniat, non  
vna, sed diuersa ei ratione tribuatur. Aliquando enim dicitur  
absolute מלאך, vt Hof. XII, 5. plerisque autem in locis cum ap-  
posito יהוה & huius similibus, quæ, vt scholarum Doctores lo-  
quuntur, eius differentiam specificam a ceteris Angelis constitu-  
unt, vt Mal. III. 1. & h. 1.

VIII. Altera, quam diximus, appellatio מליץ est specialis-  
sima, discriminis & tollendæ ambiguitatis causa priori addita,  
ne quis hunc Angelum in communem cum reliquis censum re-  
ferat. Radix לרץ Philologis non parum negotii facessit. Signi-  
ficat enim hoc verbum constanter secundum vsum biblicum (sic  
secundū aliquos, exceperis Prou. XIV, 9.) *irridere*, *illudere*. Sic  
לרץ & cognatum לרצו *derisor*, לרצו *derisio* nuspian in f. litteris in me-  
liorem partem accipiuntur. At nomen nostrum seu participi-  
um מליץ non tantū *derisorem* Iob. XVI, 20. (quamuis & hoc dubium  
adhuc sit) sed *Interpretem* ex ignota lingua in notio-rem Gen. XLII,  
23. *Oratorem* seu *Legatum* 2 Par. XXXII, 31. *Intercessorem* seu *depre-  
cantem pro alio apud Deum*, vt Christus h. 1. & *Sacerdotes* Es. XLIII, 27.  
& מליץ interpretationem vel ipsum acute dictum Hab. II, 6. Prou. I,  
6. significat. Dubium igitur, vnde ista significationis diuersi-  
tas, eiusque varia determinatio. Eam quidem ita conciliare  
studet ante laudatus Io. Cocceius Lex. p. 414. מליץ est, qui, cuius  
verba alio sono effert, & omnino, qui barbara lingua vitur, quasi *irrisor*  
est. R. *Aben Melech* autem in M. I. f. 15. a. & ad h. 1. scribit: ענין  
תוכן הדבר והטענה Notat ordine proponentem negotia vel argumenta,  
quam significationem primariam esse *Kimchius* Sepher hafchor.  
ad radicem לרץ contendit, vt denotet, *ornatis verbis oratorum more*  
*regere & excusare delictum, illudque apte suauiter ac palliare.* Eaque præ-  
fe.



ferenda omnino videtur alteri, si non tantum Ebraum, sed etiam Chaldaicum & Arabicum huius verbi usum respicimus. Chaldaeis enim est *ornate, oratorie loqui*, item *ornato sermone aliquid tegere*; & Arabice *enigmatische loqui* &c. ita, vt ex his collectis prodeat communis notio *scire & acute dici*, quod vel in alium non sine iniuria torquetur, vel in alterius gratiam ornate & aperte profertur. Sic *Interpres peregrinae linguae aenigmata Resoluit*, *Orator heri sui mandata ornate profert*, & *Intercessor seu Aduocatus clientis sui causam diserte agit*. conf. Rom. VIII, 26. 1 Ioh. II, 2. Huc, ni fallor, etiam redeunt, quae habet Cl. V. *Const. l' Empereur* ad *Mosis Kimchii Grammat.* p. 34. vbi ita: *Radix hac proprie esse videtur scire ac eleganter arcana, & reecta ac ignota in lucem proferre; huc etiam respiciunt deriuata omnia. Etenim reuelationis respectu מלך significat, quae ignota lingua dicta sunt, notiori proferre, atque inter diuersas personas interpretis vice fungi, vnde etiam generaliter intercedere significat. Deinde quia irrisores vitia occulta proferre solent sarcasms scire & eleganter concinnatis, hinc passim irridere notat. &c.* Vtunque tamen in aliis scripturae locis se res habeat, in nostro textu nulla remanet dubitatio, quin מלך *Interpretem* significet. Loca insuper reliqua fati ostendunt, hac voce non nudum verborum, quae minus recte percepta fuerant, interpretem indicari, sed talem qui simul *Legati* inter principes munere fungitur, vt nouum fedus sanciat, aut antiquam saltem amicitiam renouet atque confirmet. Ideoque 2 Par. XXXII, 31. LXXII. Seniores recte τοῖς πρεσβυτέραις vertisse autumo, cum qua velim versione cf. 2 Cor. V, 20. Eph. VI, 20. Neque alter locus Ef. XLIII, 27. praterendus est, quo sacerdotes hoc insigniuntur titulo, vt pote qui pro populo supplicantes, tanquam *Conciliatores* & causae Patroni apud Deum considerantur. Ex quo perspicitur, מלך h. l. cum per *Interpretem*, coll. Ioh. I, 18. tum vero etiam commodissime per *Sequestrum*, *Conciliatorem*, ac *causae Patronum* reddi, coll. 1 Ioh. II, 2. quum, vtraque sensui sacro bene accommodata sit versio; quapropter coniungenda potius, quam opponenda sibi haec dux sunt interpretationes. Nec male *H. Grotius*, secutus *Maimonidem* per מוֹסֵיָוִי seu *Mediatorem* explicat; quemadmodum *Chaldaeus* quoque *Paraphrastes* Iob. XVI, 20. h. l. & alibi vocem Ebraicam



cam per פִּרְקָלִיטַּי transtulit. Is enim vi vocis talem significat, qui in iudicio accusatori oppositus causam alicuius agit, vti glossa ad Pirke Abhoth c. IV, 15. habet: פִּרְקָלִיטַּי הַמְלִיץ טוֹב עַל הָאָדָם לַמֶּלֶךְ *Parriculus est bonus Interpres s. deprecator hominis apud Regem.* vid. *Buxt. Lex. Rabb. Talm.* p. 1843. Qua in oppositione ad accusatores *Raschius* aliique Iudæorum hunc Angelum μεσίτην acceperunt. Neque aliam, si primam vocis παρακλήτης deriuationem ex vernacula sibi lingua repetieris, sensum admittit. *Demosthenes* adu. *Aeschin.* de male obita Legat. statim ab initio inquit: αἱ τῶν παρακλήτων αὐτῶν δεήσεις ἢ σπῆσαι τῶν ἰδίων πλεονεξιών ἕνεκα ἐγένοντο. i. e. *Supplicationes & labores Causæ Patronorum in iudicio sui questus causa suscipi.* Ad quæ verba *Vlpiani* Comment. p. 78. notat: τῶν παρακλήτων, ἦτοι τῶν ἐκ παρακλήσεως ἐλθόντων συνηγορεῖσαι, *Parriculos nominari, qui precibus adducti ad patrocinandum adsunt.* Plura, si desiderantur, legi possunt apud *Io. Pearsonium* *Expos. Symb.* Ap. p. 580. seqq.

IX. Propius nunc ad ipsum scopum accedimus, primam merito curam eo conuertentes, vt de genuino Oraculi subiecto fiamus certiores. De quo tamen adeo controuersantur Interpretes Iudæi maxime, vt vix duo reperiantur, per omnia sibi conuenientes. Disputant cum primis de tempore, an sc. hic descripta mediatio Angelica huius sit vitæ; aut in iudicio demum, vltimo post vniuersalem mortuorum resurrectionem sit expectanda? *R. Ephraim* in *Sepher Ir. Gibborim* apud *Cl. Dassouium* de *Resurrect.* Mort. c. IV. p. 52. ad probandam suam assertionem, quod impii in iudicio extremo cum vestibus, quibus sepulti fuerant, prodituri sint, inter alia ad hunc etiam locum prouocat, vt pote in quo de improbo agatur, cui vnicum virtutis specimen, in hac olim vita editum, post resurrectionem demum per Angelum annuntiandum sit ac celebrandum publice. Verum nonster textus neque mortuorum resurrectionis, neque virtutis cuiusdam meminit; quare cum plerisque, aliter sentientibus, facimus, atque de eo, qui vltima vitæ experitur, antequam morti traditus fuerit, cum *Nachmanide*, *Ab. b. Esra*, *R. Akiba* in *Ialkut* h. l. & aliis huius Orationis subiectum interpretamur.



X. Grauior autem controuersia est, quæ in ipso *Obiecto*, h. i. determinandó, occupatur. Namque haut pauci, neque infimæ sunt sortis Interpretes, qui per מלאך כוליין *cordis cogitationes, penitentia puta ac in Deum fiducia* intelligunt. *Lalkut P. II. f. 152. c.* disertis verbis adfirmat, Paracletos hoc in loco esse דשובה ומעשים טובים *Panitentiam & bona opera.* Eandem quoque *R. Abr. Perizol* (cuius commentarius in *Bibliis Bomberg.* in folio anno 1517. excusis, habetur) mentem fuisse, eius glossa ad hoc comma euincit, : אם ישי רצה כזה הפסוק שהשם יתברך יחפץ בשוב האדם מרשעו. ושיגיעו אליו הרעות הקדמות לראות אם יש עליו בעבורו מלאך מליץ ממשכורת לבנו אחד מני אלה מן המחשבות השכליות אשר באדם שיעוררוהו לתת אליו עצה להגיד לאדם וישרו שראוי שיבחר בו ושיעשהו ולהדריכו מאליו אל הוישר למען לאתאבד נפשו:

Verba ita reddimus ad sensum : *Commate hoc docetur, S. B. Dei voluntatem esse, ut homo ab impietate sua reuertatur; qui sinit in eum incidere male ante memorata, quo videat, num sit apud ipsam h. e. pro ipso Angelus interpres ex imaginationibus cordis sui; vnus ex mille sc. cogitationibus rationalibus (intellectualibus) quæ in homine existunt, ut eum excitent atque instruant consilio, ad indicandum homini rectitudinẽ suam, quam conueniens sit, ut eligat & efficiat, & ut eum a semet ipso (excitatum) dirigat ad iustitiam, ne anima pereat.* Quæ si cui insolita nimis videatur interpretatio, Angelum vocare cogitationes rationales, id non adeo Rabbini inusitatum esse sciat. His enim tritam fuisse consuetudinem, ut יצר טוב ורע Angelos appellarent, velex isto dicterio apparet, quo tradunt במצאים באדם יצר טוב ויצר הרע והם שני מלאכים אף על פי שדם שר ומלאך. *Inueniuntur in homine concupiscentia bona & praua, quæ ipsæ duo Angeli sunt, quamuis (distincte) Demon & Angelus nuncupentur. Quod, & adhuc similem locum ex Capthor vaporach produxit V. Cl. Christoph. Cellarius, quem meritorum causa appellamus, Programm. Criticenf. p. 261. ex quo hæc Iudæorum opinio euidentius perspicitur.* Sed vt redeamus ad id, quo digressi sumus, supra memoratis duobus huius sententiæ auctoribus adiungimus tertium, extra controuersiam ceteris longe antiquiorem; *Philonem* scilicet *Iudæum*, qui ad hæc *Elibu* verba respexisse omnino videtur, quan-



do Libro de victimis p. 844. viam veræ cum Deo pacificationis ostensurus ei, qui propter peccata punitus in morbi calamitates incidit, ita præcipit: *Si quis sua confessus fuerit facinoræ, ac eorundem veniam petierit, consequetur delicti obliuionem, quandoquidem veram penitentiam re magis, quam verbis probat, depositum ruptumque restituens &c.* Tunc pergit: Ὅταν δὲ ἰλεῶσθαι τὸν ἠδιχημένον πρότερον, ἴτω, Φησὶ, μετὰ ταῦτα ἢ εἰς τὸ ἱερόν ἀτησόμενον ἄφρασιν, ὧν ἐξήμαρτεν, ἐπαγόμενον παράκλητον ἢ μεμπτόν, τὸν περὶ ψυχῆς ἔλεον, ὃς ἀνάτων συμφορᾶς αὐτὸν ἐρρύσατο, τὴν θανατῶσαν νόσον αἰεὶς, ἢ πρὸς ὑγείαν παντελῶς μεταβαλὼν. *Sigism. Gelenus* hanc dedit versionem: *Cui postquam satisfecerit, eat, inquit, in templum, oraturus veniam & peccati remissionem, non contemnendam advocatam adducens curam animæ, emergentis e calamitate grauissima, & a morbo pene letali redeuntis ad sanitatem pristinam; quæ, vt fatear verum, licet non vbique satisfacit fonti, nostro tamen, quem intendimus, scopo facile sufficit.* Pluribus hoc de argumento testimonii prætermisissis, tantum obseruamus, hanc peruetustam Ebraicæ gentis opinionem falsa fundari hypothesi, quam abiecta veri Pacificatoris cognitione, fouere de penitentia solent. Hanc quippe vnicam, cessantibus sacrificiis, viam esse Deum expiandi, in Iudæorum scriptis frequentissime inculcatur. Audiamus *D. Kimbium* Comm. ad Pf. CIII, 4. ita docentem: פעמים שאדם עושה עון שמתחייב בו מיתה או אכרוך נפשו לעולם הבא והקדוש ברוך הוא נואלץ על ידי תשובה ויושב לפני וגומר האל *Sensus est: Interdum homo committit peccatum, quo temporalis eque mortis ac aeternæ perditionis animæ in seculo futuro reus sit, Deus autem inde per penitentiam eum liberat, vt superstes maneat coram Deo S.B. Et hæc est illa gratia & misericordia &c.* Quibus verbis, si Christiano dicta fuissent, hoc est, credente in Christum, vnicum Mediatorem, animo, nihil pulchrius inueniri posset; sed qualis absque Messia deprecatore penitentia? Suis ipsam coloribus depingens *Athanasius* de incarnat. Verb. Opp. Lat. p. 39. *Penitentia, respondet, rem a sua natura non abducit, sed solummodo in peccando facit cessationem.* Verum qui aliter fieri posset, quam vt miseri isti homines, interiorem omnium conuer-



tendi virium defectum ignorantes, in tanta verbi luce cæcutiant. Eiusdem farinae plura de penitentiae & operum merito Rabbīnorum commenta videas apud *Buxtorffium* Lex. Talm. p. 1843. Quum vero ex nullo Scripturae loco probari queat, conversionis curas vnquam Angelorum nomine appellari, facile videmus, quantum huic opinioni dandum sit. Ea quippe sententia, quæ omni Scripturae fundamento destituitur, nullam apud prudentes meretur fidem. Quod cum insequentes huius loci Interpretes Iudaici aduerterent, aliam explicandi viam ingressi sunt, vt sequentia edocebunt.

XI. Ad alteram itaque pergimus de hoc Angelo sententiam, quæ plurimum, Christianorum præcipue Interpretum assensum obtinuit. Sunt enim, qui hominem pium, penitentiae fideique doctorem per *Angelum Interpretem* intelligi malunt. Quæ certe vt sanior est sententia, ita pluribus etiã argumentis hucusque propugnata cernitur. *Clarius* Pontificius Interpres, pro more suo *Munsterum* exscribens, ita ad h. l. notat: *Hæc est alia via, qua Deus multos ad se vocat, sc. per bonum Doctorem, & sincerum Interpretem S. Scripturae, sed qualem vix vnum ex mille inuenies.* Cui sententia non solum *Junius* & *Tremellius*, verum doctissimus etiam *Gusserius* in recentissimo linguæ Ebraeæ Comment. p. 665, suffragantur. Immo, quod miror, *B. Chemnitius* noster Exam. Conc. Trid. suam, qua nostrum hunc *Angelum* in τὸν λειτουργικὸν classe, Loc. Commun. T. I. p. 136. collocauerat, XX. fere post annos P. III. p. 307. mentem ita mutauit, vt hanc de homine doctore explanationem veram pronuntiet, alterique de Angelo λειτουργικῶν præferat. Rationes, quibus laudati Viri nituntur, colligemus in summam: (1) quia Scripturae non infrequens, fideles Dei ministros aut Prophetas hocce titulo ornare, coll. Mal. II, 7. Es. XLIII, 27. (2) quod infinite dilutum & frigidum esset, (sunt verba *Gusserii*) de eo, qui est solus ac vnicus ex omnibus, & cui parem dari repugnat propter differentiam immensam, dicere, quod sit vnus ex mille. Idem ille præterea (3) argumentum ex ipsa textus connexionem petit, quam h. l. talem supponit, quasi *Elihu*, (postquam initio c. XXXII, 1. factò, *litrem Iob* & amicis intentasset, & ad dubia illius hæctenus respondere incepisset) non tantum ex-

pri-



primeret, quid in hoc casu hisque circumstantiis facturus sit fidelis Dei minister, quales pauci sint, vixque vnus e mille hominibus; sed etiam innueret, se ipsum esse talem contra lobum, cum aduocatos cause Dei deficere expertus esset. Accedit (4) quod rectitudinem indicare ac mortales sui commonefacere officii proprie hominum doctoribus conueniat.

XII. At nondum illis, quas proxime allegauimus, rationibus adducimur, vt huic subscribamus sententiæ; suppetit enim, quo obiectis occurratur. Ad singula vero, vt nostro instituto conuenit, breuissimis, & ea, qua decet, modestia respondebimus. I. Nos haut quaquam infitiamur, Doctores Ecclesiæ diuinæ interpretes voluntatis sano sensu vocari posse, dum Dei ad nos legationem suscipiunt, ex verbo hominibus declarantes, quam serua Eius de omnium salute sit voluntas. Lectu omnino digna sunt verba Io. Cocceii ad h. l. T. I. Opp. p. 576. b. quæ ad hanc dirimendam litem adponantur: *Non quidem*, inquit, *negamus*, quædam istorum suo modo, & de hominibus dici posse, vt nomina Angelus, Interpres, item indicare rectitudinem, misereri, orare liberationem, inuenire suo modo lytrum, seu attestari fidei egrotantis, per quam is habet lytrum. Sed, vt tenuiter illa explicemus, quomodo & hominibus competunt, & imprimis per tropos coactos, nulla causa est; cum liceat simpliciter & plano sensu Spiritus S. stilum sequi. Predicata ostendunt, qualia sint subiecta. Saltem sensum tenuiorem retinere mordicus, & sensum pleniorum, quem Scriptura insinuat, relicere, quamuis ille magis faciat ad rem, non est, nisi illorum, qui amant *μειώσεις* & extenuationes in interpretatione verbi diuini. II. Verum & hoc est, vocem מלאך de hominibus, legatione aliqua fungentibus in Scriptura adhiberi; quamuis, si frequentiore eius spectaueris vsu, creatis spiritibus hæc appellatio magis propria sit. Ecquis vero Christianorum vocabit in dubium, ipsum Dei Filium hoc sub schemate Patribus in V. T. sæpius apparuisse? Ex solo itaque nomine nihil colligi potest, si ceteræ textus circumstantiæ refragantur. III. Quod verba מלאך מן הרוח de Christo intelligere non adeo frigidum & absurdum sit, inferius n. XIX. probabitur copiose. Hic obseruasse sufficiat, hæc verba Angelum ipsum a ceteris creatis omnibus tum *ἀγγέλους* spiritibus, tum hominibus Legatis discernere.



cernere. Tantum enim adest, ut summo huic Legato per id genus nominum quidquam detrahatur, ut potius ceteris, quibuscum Angeli nomen commune habet, longe anteferatur, & per eum characterem ex mille reliquorum eximatur classe. Videntur mihi, quod pace Clarissimi Viri dixerim, doctissimi *Guffetii* verba sibi ipsis contradicere, dum Christo, quem concedit, *solum* esse ac *unicum pra omnibus*, repugnare contendit, quod ex secus statuentium mente h. l. dicatur *vnus ex mille*. ¶ *78* enim cum Ebræorum more pro infinito numero non semel adhibeatur, atque inmensam multitudinem denotet, uti luculenter testantur loca Pf. LXVIII, 18. Pf. LXXXIV, 11. Pf. XCI, 7. Coh. VII, 23. Dan. VII, 10. Vid. *Glassius* Phil. S. Lib. V. Tr. I. c. 15. p. m. 1915. excellentia huius Angeli, singulari ad statum eius ac conditionem habito respectu, pra reliquis omnibus, siue Angelis, siue hominibus, commendatur. Addo & hoc, quod si de Doctore quodam homine intelligere velis, nullam emphasin, immo nullum locutionis sensum esse. Quid enim esset, *vnus ex mille* dicere, cum ceteros sui ordinis nulla antecellat dignitate vel excellentia. Nec iuvat *Clarium*, quod infrequentiam fidelium Verbi ministrorum hac velit phrasi indicatam; minus enim simile est vero, tantam Iobi tempore adfuisse poenitentia praconum copiam, ut aliquis ex millenario eorum numero, pra reliquis ad hanc rem idoneus, seligi potuisset. IV. Fundamentum tertii argumenti nondum assequor, quum n. V. a nobis ostensum sit, vnicum Elihu scopum fuisse, ut veram ad salutem, atque ex suis eluctandi miseris viam Iobo exponeret, indicatis omnibus ad eam perueniendi subsidiis. Nunquam vero ex orationis serie demonstrabitur, Elihu semetipsum intellexisse hunc *Angelum Interpretem*, cum salutis consilium in tertia persona, ac simplice quidem stilo pronuntiet. Vix enim, credibile, quod hic Orator seipsum ita extulerit, & reliquis voluntatis diuinæ nuntiis omnibus longe anteferendum exhibuerit adfecto Iobo. V. Quartam denique ut attingamus rationem, non moleste damus, salua assertione nostra, hoc commonefaciendi officium nostro quoque in textu hominibus adscribi posse, cum eorundem ministerio saepius uti soleat summus hic  
*Legatus*



*Legatus*, salutarem ipsius voluntatem annuntiantium. Sed ex eo nondum efficitur, solis id negotium hominibus conuenire. Atque ut, quod res est, dicamus, pœnitentiæ præconis potius officium est, homini רשעו indicare, eiusdemque conuincere & ad Christum deducere, quam ישרו *propriam eius rectitudinem*, qua penitentiam acturus destituitur, annuntiare. Quod si enim integer est, quid pœnitentia opus? Si autem cum *Gusserio* suffixum in ישרו referas ad Deum, eiusque *æquitatem* intelligas, quæ in dubium vocata fuerit ab afflicto Iobo, incommodus tamen nexus erit, cum versu sequente; cum contra ex nostra sententia sponte sua omnia fluant. Adde, quod ex iustitia & rectitudine Dei in se, & secundum legem spectata, nullum peccatori expectandum solatium, sed *ἡ ἀγάπη καὶ εὐνοχολογία* Rom. II, 9. *Ἐπιεικείας* autem Dei euangelicæ nullum aliud fundamentum, quam in Christi Iytro & eius sanguine Eph. IV, 32. c. V, 2. Hebr. IX, 22. Præterea VI. sequens comma tanta de *nostro Angelo* prædicat, quæ nullo modo *homini* competunt. Quis enim affirmauerit, hominem posse suum interponere כופר, quo alter, æterna dignus damnatione, perpetuæ restituatur libertati felicitatique? Tales Meditatores in mortalium cœtu inueniri, quorum meritis in Dei gratiam admittamur, asserere sanæ repugnaret rationi, eo quod omnes peccatores sunt. Vnde & *Gussenius* eum ex alio ordine, sed sine contextu accersere coactus est. Enimvero ipsi Iudæi, quam cæci alias in hac salutis œconomia sunt, facile aduertunt, nullum inter homines dari Saluatorem, qui Deum possit placare. Elegans ad hoc comprobandum adducimus testimonium *R. Sal. Iizchaki*, Sæcul. p. C. N. XII. Biblicis pariter ac Talmudicis commentationibus clari, quo præclare admodum ad Est. XLIII, 27. dixit: אין לך בכל מליצד, שאתה סומך על זכותם שלאמצאתי שונאי; *Nullus tibi in omnibus interpretibus iuis, in cuius meritis in fiduciam collocare posses, quod (nullus est) in quo non inuenissem peccatum. Iizchak enim amauit illum, quem odio prosequor &c.* Huic *Ab. b. Esr. a* coram iungimus verba, qui ad Pf. CXLII, 6. supplicationem Davidis, de vero seruatore solliciti, ita expresse: לא אקוה שרפאני אדם מארץ החיים רק אתה חלקי; *Nulla mihi spes est, quod ullus ex uiuentium terra homo me sanaturus sit.*



*Tu solus (o Deus) pars mea!* Et quid ipso Scripturæ oraculo commemorari potest manifestius, quo conqaeritur Esaias c. LIX, 15. 16. *Vidit Dominus, sed non placuit in oculis eius, quod non esset iudicium; vidit, inquam, quod non esset vir (iudicii) & obstupuit quasi, quod nullus esset Mediator; ideo salutem præstitit ipsi BRACHIVM EIVS, & iustitia ipsius suscitavit ipsum.* Conf. Ier. XXIII, 5. 6. quem Iudæi saniores de Messia agere fatentur; vnde constat, solum hoc Dei brachium, seu, vertente Chaldaeo, מימר רעותיה, esse Dei hominumque Sequesstrum.

XIII. Sed hic nondum lites controuersantium terminantur; quippe noua obiicitur controuersia, quam si ex approbantium numero volueris æstimare, ceteris omnibus præferendam iudicabis. Malunt enim plerique, non Iudæi tantum, sed inter Christianos etiam Viri, eruditionis fama celebratissimi, hunc locum proprie de *creato quodam Angelo* loqui. Neque vero id omnes eodem modo adfirmant. Qui ex Iudæis hanc interpretandi rationem sequuntur, intelligunt ex bonorum Angelorum ordine quendam, hominis in diuino foro *aduocatum*, seque multis aliis accusatoribus Angelis opponentem. R. Simeon in Ialkut, qui commentarius Bibliorum mysticus est, ad h. l. de Angelis glossatur: אפילו תתק' צט מלמדים עליו חוכה ואחד מלמד: *quamuis etiam 999. sint (Angeli) accusantes ipsum peccati causa, & vnicus saltem docens meritum s. eius bona opera, eripitur.* f. 152. c. Similem fere in modum Raschi ad h. l. במנידי' אלה' בני אלה' : פשעו והוא מליץ ישרו: *Vnus ex mille, indicantibus sc. transgressiones eius; contra vnus ille interpres reuerentis eius.* Nec aliter multo R. Abr. b. Esra: להניד לאדם כעד אדם כמו אמרי לי אחי הוא: *מורה הפסוק תלמיד כי המלאכים הממיתים המבקשים נפש האדם רבים ומלאך אחד הוא פקיד עליו לשמרו והמבין סוד מערכות: Ad indicandum homini, i. e. de homine, q. d. Gen. XX, 13. Dic de me, Frater meus ille est. Ex hoc versu discis, quod plures sint Angeli exterminatores s. mortiferi, hominis animæ insidiantes, atque vnicus tantum Angelus, ipsius custodia præfectus. Intelligenti v. arcanam Exercituum Angelicorum dispositionem, notum hoc est.* Ita quoque Maimonides in More Neuch. P. III. c. 23. fol. 151. b. statuit, mentem Eli-



Elihu fuisse, quod homo per morbum aliquando morti adeo fiat propinquus, ut sanitatis recuperanda nulla spes relinquatur. Quodsi vero eo tempore Angelum (quicumque tandem ille fuerit) nanciscatur, suam causam deprecando apud Deum agentem, hanc interpositionem Angeli mediatoris accipi, ut egrotus ex vitæ periculo liberatus pristina restituatur valetudini. R. Moïsis Nachmanidis aliorumque complurium, quos prætermittimus, eadem mens fuit. Hos omnes secutus est, ut reliquos, Drusium puta, Vatablum ac eos, qui Angelorum cultû ex hoc dicto inter Pontificios Doctores exsculpere conantur, taceam, doctissimus H. Grotius, qui adducta Abimelechi historia, per Angelum ex Hebræorum sententia admoniti, pergit: *Angeli duobus modis usoritas sunt, & monendo homines, & pro eis orando. Hic est ascensus & descensus in scala Iacobi.* Vossius quoque Thefisibus de Inuoc. sanct. Disp. II. §. 3. hunc locum cum Mercero de Angelo creato intelligendum putat, ita, ut ex eo colligi possit: *Deum ad hoc Angelorum ministerio uti, ut hominum preces ac negotia ad se perferant: que vulgaris in populo Dei opinio fuit.* Nec inter nostros defuerunt, quorum calculus hæc sententia impetrauit. Ne repetamus, quæ de B. Chemnitio notauimus n. XI, solum nunc Theod. Hackspanium, summi ingenii Philologum producimus, qui Not. Philol. ad h. l. eandem nostro, quamuis eum errasse existimet, sententiam tribuit. Nunc porro, quibus pugnent argumentis, dispiciendum restat. *Ima* est, rectius frequentioreם מלאכים significationem retineri, quum hæc creatis, & ad hominum ministerium a Deo conditis Angelis plurimum conueniat. II. Interpretationem antiquissima niti traditione de *Mediatoribus Angelis*, quorum principem Iudæi *Michael* statuunt, contra maximam accusatorum copiam hominis apud Deum partes tuentem. Prouocant etiam ad *Chaldeum*, qui verba ita reddidit: *Si fuerit pro eo meritum preparati Angeli vnus, qui aduocatus est inter mille accusatores, ad indicandum hominibus reſtituſſimam suam.* III. Deum per hos *Legatos* cum hominibus loqui Ps. CIII. 20. quos eorundem ministerio ordinauit Hebr. I. 14. IV. Ex Grotii arbitrio *Angelos*, commode *μσστρακ* appellari, teste Abimelechi historia, quam Scala, Iacobo ostensa, confirmat, V. Scripturam sæpius hoc officium Angelis tribuere, quod hominum preces necessitatesque ad Deum deferant, VI.



Inconcinne eum אַרְדֵּי מִנֵּי אֱלֹהִים describi, qui nullum prorsus similem agnoscat; Angelorum contra propriam hanc esse descriptionem, quorum multa millia apud Deum existunt. Dan. VII, 10. Matt. XXVI, 53.

XIV. Verum pace horum Clarissimorum Nominum liceat nobis, quum rei grauitas ita exigat, ab illorum sententia dissentire. Pauca itaque modeste ac strictim ad singulas obiectiones reponemus. Imo quidem argumento satis esse a nobis factum, n. XII. ostendet, vbi euietum dedimus, מַלְאָךְ officii nomen cuius, Legatione aliqua fungenti, diuerso tamen modo conuenire. Ideoque ex sola nominis notatione nihil firmi absque contextus suffragio colligi posse. Ad *Idum*, ex antiquitate petitum, obseruamus (1) multa omnino esse, quæ a Iudæis de Angelorum pro hominibus supplicatione traduntur. Sed quam male cohæreant Iudaici vulgi de *Mischaële* traditiones, quem suæ gentis causam apud Deum agere fingunt, ostendere nullius foret negotii. Conf. *Ialkut* ad Ef. LXIII. f. 58. a. Videntur tamen, inquis, quædam Scripturæ oracula huic traditioni præsidio esse. Ad locum quippe Reg. XXII, 19. de exercitu caelesti, ab vtraque manu Domini stante, *Raschius* post alia notauit: אֱלֹהֵי מִיְמֵינוּ וְאֱלֹהֵי מִשְׁמְאֵלֵינוּ מִלְמָדִים זָכוֹת ' משמאלים מלמדים זכות

*Sed quidam (Angeli) sunt a dextris stantes; alii a sinistris: illi sunt docentes hominis merita, hi indicantes eius culpam.* Nos vero, quamuis minime negatum velimus, dari ex malorum Angelorum coetu, qui pios apud Deum nunquam non accusant, quemadmodum initium historiae Iobi & S. Apocalypsis docent; neque temere reiciamus, illos, a sinistris Dei visos, ex malorum fuisse exercitu, quamvis rectius *Schmidius* alique bonos vtrinque Angelos intelligant, nondum tamen euietum concedimus, bonos contra Angelos hominibus a Deo mediatores h. l. constitui. Minus enim accommodate, quæ textus de hoc Angelo prædicat, creatis Angelis tribuuntur. Is enim describitur *Mediator*, actualis *Advocatus*, qui intuitu cuiusdam a semetipso præstitæ expiationis hanc Dei gratiam conciliare valet, quod nullius creaturæ est. (2) Tantam deprehendimus huius traditionis inconstantiam, vt quidam Iudæorum nullos omnino Deum inter ac homines *Inter-*

nun-



nuntios admittere velint. *Maimon* in *Iad Tefschuva* c. 3. n. 7. quatuor hæreticorum generibus recensitis quintum hoc adiecit, **העובר כוכב או מזל חולתו להיות מליץ בינו ובין רבון העולמים**;

quod *stellam aut planetam vel alium præter hunc Deum colit, ut is Interpres vel mediator sit inter se & Dominum mundi.* Aliter tamen sentit *Abarbanel* in *Rofch Emunah* c. XII. vbi ex *Ab. b. Esra* docet, quamvis sibi gentem certum selegisse astrum, quod diuino quodam adorauerit cultu, tanquam internuntii munere in sua causa apud Deum fungens. Hinc autem non omnes esse negandos Deum inter hominesque internuntios, si modo caueatur, ne quis creaturam sibi in Deum eligat. (3) *Chaldæi* paraphrasis quum benigniorem admittat sensum, huic erroneæ traditioni occasionem forsan præbuit, nullum vero adstruit fundamentum. Namque & nos statuimus, *Angelum unicum* h. l. intelligendum esse, qui accusantium dæmonum technas suo expiationis valore destruit. *Illium* deinde argumentum valde infirmum est. Quis enim vnquam Angelorum in V. T. apparitiones negauit, aut quod ad hominum ministerium conditi sint; sed quod inde concluditur, Angelum h. l. eiusmodi *λειτγγικόν* esse Internuntium, non coharet. Quid enim delectu tanto fuisset opus, vt *unicus ille* ex mille reliquis nominaretur, si de *λειτγγικόν* loqui constituisset, quorum quisque id sedulo valeret perficere. Recte proinde *R. Nachman* ad h. l. querit: **והלא לזה הצדיק המתיר עליו חובה ומלמדו זכותו רבותים אלפי שנה אין יחטא אן מלמד עליו חובה ומלמדו זכותו רבותים אלפי שנה**

*At nonne isti iusto afflictio, qui non peccat, nullus accusator, & contra multa millia iteratorum eius docebunt iustitiam? IVtum Grotii* de Angelis *μεστραγς* omni destituitur fundamento. Ne dicam, nostrum *μεστραγν Angelum* non tantum pro nobis vt orantem describi, sed etiam qui lytri intuitu homines a morte redimat, illudque solus præstare possit; id etiam *Abimelechi* historia minime euincit, quod *Grotius* ex ea probare voluit. Dicitur enim non Angelus, sed ipse Deus ad *Abimelechum* in somnio venisse v. 3. 6. & c. quem etiam per nomen diuinum *Adonai* compellauit Rex v. 4. Scalam denique *Iacobo* visam symbolum fuisse efficacissimæ mediationis *huius Angeli vnus*, largimur, idem vero Angelos descendentes a *meditatio* *scen.*



cendentesque significasse, frustra dicitur; hoc enim si valet, non vnus esset mediator, sed tot hominis Aduocati, quot Angelorum bonorum exercitus complectitur, essent fingendi. *Vt* ambabus amplectemur, si de supplicatione nuda, & historica nostrarum precum ad Deum relatione affirmatur; de qua tamen noster textus nihil continet, qui *ἰλασικὴν* supplicationem Angelo Mediatori tribuit. *Vltimum*, & *vlimum* B. *Hacksparii* emphasin verborum *ἤλκ' ἔνι τῶν* non parum infringit, quod supra n. XII. contra Cl. *Gusserium* demonstrauimus. Hæc enim verba neminem Christo statuunt similem, immo ex communi Angelorum coetu ipsum (quod nomen cum ceteris Angelis habet commune) excipiunt. Quodsi vero quis admittere nollet, verba hæc exceptiua esse, sed distributiuum contra in iis sensum eligeret, nos contradicentes non habebit, quum eo adhuc sensu *solitarium* & *unicum* præ ceteris Angelis omnibus *Mediatorem* significant, obseruante S. *Schmidio* Comm. p. 1263.

XV. Ab hac, quam vltimo loco examinauimus, sententia non multum videtur recedere *Versio LXXII. Seniorum*, quæ tamen *Ebræum* fontem penitus relinquit. Verba *Elihu* ita transtulerunt: *Ἐὰν ὡσι χίλιοι ἄγγελοι θανατηφόροι, εἰς αὐτῶν ἢ μὴ τρώσῃ αὐτὸν. Ἐὰν νόση τῇ καρδίᾳ ἐπιστραφῆναι πρὸς Κύριον, ἀναγγεῖλη δὲ ἀνθρώπῳ τὴν ἑαυτῆς μέμψιν, τὴν δὲ ἀνοσίαν αὐτῆς δείξῃ* &c. Quisnam huius fati obscure versionis sensus sit, qua partem eius *Olympiodorus* exponit *Catena Patrr. Græc.* c. XXII. p. 479. *Ὁ δὲ τὸ ἐν τοῖς ἑσχατοῖς ἐξετάζομεν*, Ἐὰν τὸ ἄτιον τῆς νόσθ νόσθας τὴν ἀμαρτίαν, ἐπιστραφῆ πρὸς Θεὸν, δι' ἐξομολογήσεως τὰς ἰδίας μέμψεις ἢ ἀμαρτίας ἐξαγορεύων, ἴσησιν ἐπηρεημένον τὸν θάνατον, καὶ μυρία ὡσι τὴν τελευταίην προσκαλέμενα. *Si quis in extremo mortis lucamine constitutus, peccatum morbi causam perpendens, & delicta sua culpasque confitens ad Deum se conuertent, sistet imminentem mortem, quamuis myriades sint, quæ hominis interitum aduocent.* Mitigare saltem durissimam de letiferis Angelis Iudaicam opinionem voluit *Olympiodorus*, quum per flux ætatis iniuriam *Ebraici* fontis ignarus, eam nec corrigere, nec meliorem substituere posset. Si quid coniectura licet assequi, videtur ex confusa commatum distinctione manifestus hic error originem tra-

tra-



traxisse, quo tamen non infitiri audeo, tritissimam Iudæorum de Angelo mortis opinionem hac sub herba latere, cuius iam ante c. XX, 15. vestigia non obscura reliquerant. Statutum, quippe Iudæorum vulgus habet, Angelos non in se malos, sed mala tantum hominibus inferentes a Deo conditos esse, qui sublunares infernalesque occupent sedes, hominibus propter peccata torquendis, atque morte variisque calamitatum generibus afficiendis destinati. Quos autem in se malos affirmant, non Deum conditorem agnoscere fingunt, sed ex impura Angelorum mortis cum hominibus commixtione genitos esse. Videatur *Hulsus* Th. Iud. L. I. p. 72. Aliis tamen *Angelus mortis* est ipse Diabolus, ut quibusdam testimoniis comprobavit *Raym. Martini* Pug. Fid. P. III. Dist. III. c. 22. p. m. 937. Ad hæc verbum *וַיִּדַע* videntur Talmudico accepisse pro *וַיִּדַע* vulneruit. cf. *Targum* I Reg. XX, 37. Inconcinne vero *Angelum nostrum*, cui *Elihu* reconciliandæ gratiæ auctoritatem vindicat, pro *Ierifero* ac mortem inferente habuerunt. Cetera distinctius enarrare, operæ pretium non iudicamus.

XVI. Dispulsis itaque aliorum opinionibus, non possumus, quin in eorum secedamus sententiam, qui *unico Messia, Dei hominumque Sequestro hæc elogia vindicant*, ad quem tanquam *verum h. l. Obiectum*, gravissimis demonstrandum argumentis nos conuertimus. Hunc affirmamus esse *Angelum* etque *h. l. appellari, non creatum, sed omnis Angelici exercitus Creatorem*, vixit quem *Pater vnicum generi humano Redemptorem Sponsoremque dedit, tum ut omnem suam hominibus voluntatem exponeret, tum vero ipsos secum per efficacissimum suum meritum reconciliaret*. Tres itaque, ut ea, quæ posuimus, stabiliamus, constituemus argumentorum classes; quarum *prima* ea tantum suppeditabit, quæ ad conuincendos Iudæorum animos faciunt, tum ex ipso nostro textu, tum ex parallelis V. T. oraculis derivanda. *Alteræ* deinde libros V. T. reliquos vocabit in subsidium, quos Christianæ mentes in hoc agnoscendo mediatore confirmantur. *Tertia* denique *classis* in eo potissimum versabitur argumento, descriptum h. l. *Mediatorem Angelum*, esse verum, quem nos profitemur, IESVM MESSIAM.



XVII. Quum autem duos argumentorum fontes *prima classis* aperiat, quibus *eternum Dei filium, increatum* h. l. describi *Angelum* demonstrat, ea cum primis sunt consideranda, quæ ipsam hoc in se comprehendit *Oraculum*. Namque in eo tanta se offert probationum copia, ut quot verba, tot validissima fere dixeris argumentorum pondera ibi reperiri; præcipue, si comma, quod insequitur XXIV. paullo curatius pensatur. Magnum omnino probationis momentum ostendit nexus cum antecedentibus, quem n. V. indicatum, summam denuo n. XII. repetitum vindicauimus. Firmiter ergo statutum habemus, modum ab Elihu doceri impetrandæ a Deo gratiæ, eo præsertim tempore, quo res ad vltima deuenit, & homo nihil amplius præter æternam animæ ac corporis interitum expectat. Tantum scilicet abest, ut homo hoc in foro constitutus suæ innocentiae præsidio, aut alicuius (quæcunque tandem illa fuerit) vel sanctissimæ creaturæ auxilio meritisque liberari, & a suo se vindicare possit interitu; ut potius suæ prauitatis sibi optime conficius, ac quanta sanctissimum Numen iniuria affecerit, nullam de eius bonitate spem concipere, aut vllam in ea fiduciam, serio acturus, collocare possit. Talem igitur sibi afflictio exoptat, talem hicce locus ostendit Mediatorem, qualem iustum Dei forum peccatoris Aduocatam requirit.

XVIII. Proprium huius Angeli characterem vox מוֹדֵי־עַוְוֹן exprimit, *eum designans, qui Mediator est ac intercessor inter Deum & hominem, per quem omnis conscientia, quantumcunque per legem occisa vivificatur, per quem omnis crux vitæ & liberationis initium est, qui est propitiatio, pax, redemptio & sanctificatio nostra*; vti elegantissime pronuntiat *D. Brentius* ad h. l. T. III. Opp. f. 153. Eum vero quis inter mortales inueniet, qui, quod peccatores sunt, ad vnum omnes huius Mediatoris indigent. Ipsimet Iudæi, ut superius demonstrare cepimus, fatentur, solum Mesiam sufficere, qui Sequestri homines inter ac Deum partes expleat; quorum pauca, sed luculenta adhuc testimonia adiciemus. Nolumus repetere *Esaia* querelam c. LIX, 15. de sua suæque gentis salute anxii, quam non *Ionathan* solum, sed *Talmudici* etiam *Gemara Sanhedr.* excerpt. *Cocc. c. XI. §. 32.* de Messia explicarunt. Elegans ceterum locus



cus Pf. XLIX, 8. qui totam rem conficit, a *Kimchio* ita explicatur: מה יועיל עושרם ביום המיתה כי לא יוכל לפרות איש את אחיו מן המות בכל עושרם ולא יוכלו לתת לאלהים כפרו אשר מאתו החיים והמות: *Quid proderunt diuitia ipsorum in die mortis, qui non poterit quis fratrem suum eripere a morte per omnes opes suas, neque poterunt Deo dare lytrum eius, a quo tamen vita & mors (dependent). Eadem & plura notantur in Midrasch Tillim ad Pf. XLVI, 3. f. 29. b. In quibus forte, quamuis hominibus, qui peccatores ipsi alieno opus habeant auxilio, tale quid vindicari nequeat, non tamen inde sequi, nullam prorsus creaturam eiusmodi liberationem, interposito lytro, efficere posse. At, quid a reliquis etiam, sanctissimis licet, in hoc rerum statu sperandum sit, egregie *Midrasch Tillim* exponit ad Pf. CXIX, 122. f. 62. a, cuius verba digna, quae hic legantur: מהו ערב עבדך וכולו שלא ארר לניהנם אם אין את ערבני מי יוכל לערבני וכן חזקה אמר כפום עגור כן אצפנא אהגה כיונה יהורה עשקה לי ערבני: *Sed quid hoc: Sponde pro seruo tuo &c. quo minus descendam in gebennam, nisi tu sponderis pro me, quis poterit sponsor esse. Et sic Hiskias dicit Es. XXXVIII, 14. Sicut grus vel hirundo garriebam, gemebam sicut columba, dicens: Domine peccatum meum opprimit me, vel iniustitia mihi est (coll. Iob. XXXIII, 9. Deut. XXII, 26.) Tu sponde pro me. Et paucis interiectis: וכן איוב אמר שימה נא ערבני עמך וכולו אמר איוב אלו הרה נמוון או כסף או זהב אין מרגליות הייתי ערב בדבר ההוא אבל הנפש מי יוכל לערבני: וכי נותן נפשו תחת נפש חברו ומי יוכל לערבני אם אין את ערבני: *Sic etiam Iob loquitur (c. XVII, 34.) Pone quasi Te sponsorem pro me apud teipsum &c. Dicit Iob: si manna, argentum, aurum, vel lapides pretiosi (sufficerent) ipsemet ego sponsor essem hac in re. Verum anime (cum interfit) quis valebit pro me spondere, & quisquis est, qui det animam loco proximi sui anime. Quis, inquam, poterit sponsor esse, nisi Tu sponderis. Deus itaque sit, necesse est, qui apud Deum pro mortalibus Aduocati personam sustinere voluerit. Hinc Messias frequentissime a Prophetis *Iehoua* & *Dominus iustitia nostra* appellatur. Ier. XXIII, 6. quo de loco, ad rem nostram apprime faciens, *Ioseph Albo Seph. Ikkar. L. II. c. 28. f. 54. col. 2.* scribit: ויקרא הכתוב שם המשיח יהוה צדקנו להיותו אמצעי אל שנינו ויקרא מהשם על ידו ועל כן יקראו בשם יהוה צדקנו: *Scri-****



Scriptum appellat nomen *Messia* : *Iehoua Iustitia nostra*, quia est *Mediator*, per quem accipimus *iustitiam a Deo* ; ideoque appellat cum nomine *Iehoua Iustitiae nostrae*. Cum quo valde consona sunt, quae *R. Alshech* ad l. c. notat, quod *solus Messias causa auctorque omnis sit iustitiae*, quam *fideles a Deo impetrant*. Neque praetermittendus est *Raschi*, h. m. ad Dan. VIII, 14. in Bibliis Buxtorffii f. 892. a. commentans : מאן גלו גלות ראשונה למצרים עד ינאלו וישעו : תשועת עולמים במלך רמשיח : *i. e. ex quo in captiuitatem primam in Aegyptum adducti sunt, vsque dum redimantur ac seruentur salute aeterna per Regem Mesiam*. Videtur oculos intendisse ad locum, de *Messia* eadem affirmantem *Es. XLV, 17. Israel per Dominum seruiabitur aeterna salute*. Ex quibus non tantum conficitur, *Messiam* verum esse *Deum*, sed hunc quoque ab *Ecclesia Iudaica* unicum semper agnitiu fuisse *Mediatorem*. Non possumus, quin eius adhuc loci mentionem faciamus, qui legitur *Pf. LXXII, 13. Parceret adflicto & egeno, animasque miserorum seruiabit*. De *Messia*, *Psalmum* loqui fatentur in *Midrasch Tillim* f. 38. d. item *R. Salomo Chaldaeum* secutus, ad l. c. v. 16. vt plures, quos possem allegare, taceam. Haec quum ita sint, argumentum pro *Messia Mediatore* validissime stabilitur per adpositum עליו. De cuius suffixo *lis* inter eruditos nondum composita est, ad quem, *Deum* an *hominem miserum*, magis referendum sit. *Cocceius*, magni nominis *Exegeta*, ad *Deum* mauult referri, quum alias vox אדם frustra in sequentibus repeteretur, praepositione, vt alibi saepius, *APVD* significante. conf. *Gen. XVIII, 8. c. XXIV, 30. Iud. III, 19. Zach. IV, 14.* Non autem existimandum, solam nostri apud *Deum Aduocati praesentiam localem* indicari, sed *intimam* eius cum *Patre* connotari *communione*. Quocirca probe obseruandum, neque hoc fidei momentum antiquioribus *Iudeis* ignotum fuisse, vt non ex sola *Iehouae* appellatione tantum a *Christianis Doctores* demonstrari solet, sed *Targum* quoque aliquoties confirmat, dum *Es. XLII, 1.* ita transponit : *Ecce seruus meus Messias, applicabo eum; electus meus, in quo complacitum est VERBO MEO &c.* Idem *ler. XXX, 21.* expresse de *Messia* interpretatur, eo sc. qui solus *Mediatoris* instar pro nobis ad *Deum* accedere audeat. Quod etiam facit *Midrasch Tillim* ad *Pf. XXI, 7. f. 19. d. Seb. Schmidius*

dus  
108



dius vero, contextu curatius pensitato, *suffixum ad hominem* reducit, vt commode APVD sc. sensu auxilii & adfidentia reddas, in *defensionis* notione, quam ceteris prætulit Cl. Guffetius l. c. quamvis non eodem cum Schmidio sensu; omnium tamen rectissime, verteris PRO, non solum *commodum*, verum ipsam simul *commutationem & subrogationem* exprimens. Ita quippe præpositionem sumendam esse cum sequens confirmat comma, talem describens Mediatorem, qui vel in seipso vel in quo Deus כּוּפֵר inuenerit, tum quoque Scripturæ vsus stabilit, quæ non semel in hoc significatu particulam וְ adhibet. Videantur loca Leu. XVII, 11. Deut. XXIV, 16. adeoque hoc וְ Græcorum ἀντι, ὑπὲρ accuratissime responderet. Nouum hinc pro stabilienda thesi nascitur argumentum; referas enim, ad quodcunque orationis subiectum volueris, luculentissime demonstrat, hunc מְרִיץ, qui cum Patre Deo vnus est, non deprecando tantum, sed & seipsum Iytrum exhibendo, *verum esse Deum, ac increatum Dei Filium*. Quis enim cum Patre magis coniunctus esse potest Filio, vt Seruator testatur Io. X, 30. ἐγὼ καὶ ὁ πατήρ ἐν ἐσμεν. de quibus vero iam nullus dicendi locus est.

XIX. Ordinis, quem sequimur, exigit ratio, vt reliqua adhuc textus verba nostræ accommodemus disputationi. Vbi cum primis notanda est descriptio אָרֶךְ מְנֵי אֱלֹהִים, quæ alterum specificæ differentia (vti Scholarum Doctores loquuntur) membrum constituit. Vocem אָרֶךְ non indefinitum semper Obiectum exprimere, sed definitum aliquando, præ ceteris omnibus notandum, Hebraicæ Linguæ peritis constat. Iccirco commodissime vertas, *vnus, solum, vnicum, primum & principem*. Namque omnes, quas Græcorum εἶς, sustinet significationes. Maioris euidentia causa euoluantur Ex. XXXIII, 5. Deut. XVII, 6. Coh. IV, 11. 1 Reg. IV, 19. Leu. XXIII, 24. &c. Singulariter, autem notandus est locus Coh. VII, 28. quo Salomon summum, cui se dederat, sapientia studium indicaturus, inquit: אָרֶךְ מְנֵי אֱלֹהִים מֵאָרֶךְ מֵאָרֶךְ se vnicum præ mille inuenisse hominem, quem, vt manifestiorem redderet, Cant. V, 10. appellat suum amicum דּוֹגַל מְרִכְבָּה qui myriadibus præfectus sit capitis instar, atque ab omnibus pro duce & vexilli, quod militia signum est, Magistro agnoscendus.

מֵאָרֶךְ

D

Quæ



Quæ duo loca ideo notauimus, quo appareat, de quonam Eli-  
huloquatur. Cedit itaque, nisi me fallunt omnia, obiectio  
*Cl. Hackspanii*, hac potissimum locutione inducti, quo minus hæc  
verba de Messia exponeret. Copiam quippe spiritualium, ;  
immo omnium, qui in Scripturis nominari solent, Angelorum,  
quam מלאך respicit, minime cum hoc מלאך æquat, sed, quod  
ipsa locutionis emphasis condocet, istam huic Principi subditam  
indicat, ne communiore מלאך appellatione quisquam adeo fal-  
leretur, vt gregarium sibi huius exercitus militem seu Angelum  
conciperet Mediatorem. Ideo Rabbini aliquando מלאך דברו  
dicitur, vt *Kimchi* notat ad *Ier. XVII, 9.* quod *prærogatiue, excepti-  
onis ac præcellentiæ* sæpius index est. *Conf. Glasius Phil. S. L. III. Tr.*  
*VI. Can. 8. p. m. 1042.* Quod si enim animus non fuisset, hunc  
Angelum ex reliquorum censu excipere, tam speciali descripti-  
one hautquaquam fuisset opus; satis fuisset dicere, *Angelus*;  
atqui hunc vt præcipuum, si cum ingenti reliquo Angelorum,  
exercitu comparetur, notare voluit, qui *unicus* quidem, quum  
mille alii pro adfecto non valeant spondere, lytrum inuentum  
queat. Neque desunt Scripturæ S. exempla, quibus *hic Angelus*  
non creatus, sed Dei Filius æternus videtur cum hominibus  
æquari, quod singulari respectu simile quid aut commune cum  
illis habet. Quis nescit, *Mosen* summum *hunc Prophetam* seu  
*Voluntatis diuine Interpretem* pollicitum esse sibi similem, *Deut.*  
*XVIII, 15. 18.* vbi nemo tamen Messiam cum Mose comparans,  
æqualitatem concesserit, nisi in eo, quod vterque verus homo,  
ac ex *Israëlitica stirpe* oriundus esset. De voce מלאך vix opus vt  
moneatur, indefinitam denotare multitudinem, vel *bonorum*,  
quod nobis placet, vel *malorum* Angelorum, mortales apud  
Deum accusantium, vt *Chaldaeus*, & hunc secuti Rabbini expli-  
carunt, quum de ea, quantum satis est, supra præceperimus.  
Hinc validissimum pro *Angelo Mediatore Messia* ducitur argumen-  
tum, quod ab Eius, præ reliquis Angelis omnibus, præcellen-  
tia ac dignitate petimus. Enim vero, qui Angelis omnibus al-  
tior, atque simul Mediatoris apud Deum munere fungitur, ne-  
cesse est, vt vel *Messias* sit, vel ipse *Deus Pater*. Non hic,  
quem



quem totus contextus ab Angelo Mediatore distinguit, ergo verus notatur *Mesias*, infinita Angelorum multitudine longe superior. Ita frequenter in veterum Iudæorum monumentis legas, quod *Mesiam* Abrahamo, Mose, immo ipsis Angelis agnoscant superiorem. *Midrasch Tanchum*, in *Ialkut* allegatum P. II. f. 53. c. initium capituli LIII. *Esaia* ita exponit, ut per *יְרוּם* intelligat, quod *Mesias* præstantior futurus sit Abrahamo; per *וְנִשָּׂא*, quod superior futurus sit Mose; per *מֵאֲדָר מֵאֲדָר* quod excellentior futurus sit *מֵאֲדָר הַשְּׂרָרָה* præ Angelis ministrariis. Eandem traditionem ex *Bereschit Rabba* repetit *Raym. Martini* P. II. C. 9. §. 25. p. m. 389. 433. Confirmat etiam *Auctor Neue Schalom* lib. IX. c. 5. ibid. apud *Voisinium* p. m. 150. מֶלֶךְ הַמְּשִׁיחַ יְרוּם מֵאַבְרָהָם וְנִשָּׂא מִמֹּשֶׁה וְאֵמָנָם אֱמָרָם : וְנִבְרָה מִמְּלָאכֵי הַשְּׂרָרָה : *Rex Mesias eleuabitur supra Abraham, & elatus erit supra Mose; sed vere etiam dicitur, quod altior sit futurus Angelis ministrariis.* R. *Alsebech* ad citatum *Esaia* locum *Mesiam* præ Angelis excellentiam in eo speciatim collocat, ut hos ei obsequentes ministros, ipsum vero iuxta *Ps. II. 7. Filium unice dilectum*, adfirmet, qui se coram Conditore suo superiore in mundo oblectetur. Videatur iterum *Hulsi Theol. Iud. Lib. I. P. II. p. 437-442.*

XX. Non leuioris ponderis argumentum efficit phrasis, quam vltima textus verba formant *יִשְׂרָאֵל לְאֻדָּם וְיִשְׂרָאֵל*. De primis vocibus, in se clavis, non multa disputabimus. At de vltima *יִשְׂרָאֵל* cum Interpretibus lis obiciatur, plane intactam eam dimittere haut possumus. Difficultatem parit *suffixum*, quod alii ad Angelum, alii ad hominem referunt. *Cl. Guffetius* vero ad neutrum; supra laudato quippe *Comm. Ebr. L. p. 665.* inquit: *Affixum יִשְׂרָאֵל remitto ad Deum; de cuius æquitate controuertitur.* Sed quum hoc, quo nititur, fundamentum a nobis supra euersum sit, non potest non tota simul argumentatio corrui. Vox *יִשְׂרָאֵל* generatim rei cuiusdam cum sua norma conuenientiam exprimit, coll. v. 26. eam præcipue, qua hominis verba factaque normæ diuinæ rectitudinis, in verbo reuelata, respondere debent. Cf. *Iob. VI. 25.* Breuib; ipsam, quam Theologi appellant, *originalem Iustitiam* *Coh. VII. 30.* Inquis: non posse h. l. iustitiam originariam intelligi, quod ea adfectus homo destituatur, ideoque in tot,



calamitates inciderit. Ad quod dubium evitandum varias interpretationes excogitarunt glossatores. Illi, qui per **ישׁר** *respi-*  
*piscentiam ac bene merendi studium* hominis intelligunt, nimis longe a via defleunt. Probatum enim supra dedimus, penitentiam ex se nullum meritum esse, neque Dei gratiam homini conciliare. Addo, quod ne vllus quidem in toto Codice sacro, quam late etiam patet, reperiatur locus, quo **ישׁר** *mentis emendationem* significet. Hinc manifestum fit, *affixum* ad hominem, omnis reſtitutionis expertem, minus recte applicari; haur quam vero dubitandum, quin ipsam *Angeli Aduocati* adquisitam nobis *iustitiam* designet. Hic scilicet solus restituit, quam in Adamo perdidimus, æqui rectique rationem. Id ante laudatus *R. Abraham* in *Neue Schalom* Lib. IX. c. 8. apud *Voisin*. ad *Martini* Pug. Fid. p. m. 177. præclare docet: **עַם הַחַטָּא הַקְּדוֹמֹנִי** שְׂמַנְעָה נִקְנְסָה מִיָּדָה וּבִימֵי תְּדוּרָה תְּחִיית הַמֵּתִים וְגוֹמַר וְזֶה הִתְּרָה הַכוֹנֵה כְּבָרֵי אֵרֶץ הָאָדָם לְהִיּוֹת נֹצֵחַ וְהַחַטָּא קָנַס עָלָיו מִיָּדָה וְנִשְׁלַמָּה הַכוֹנֵה הָאֱלֹהִית בְּמֶלֶךְ הַמְּשִׁיחַ הַדֶּפְכִי לְאָדָם הַרְשָׁשׁוֹן:

*Remouebitur (per Messiam) peccatum antiquum, ex quo mors emanauit, & in diebus eius fiet viuificatio mortuorum. Namque hæc erit intentio in creatione Adami, vt esset æternus (immortalis) sed peccatum ipsi mortem attulit. Intentio itaque diuina complebitur in Rege Messia, qualiter in primo homine non fuenit.* Suam iccirco iustitiam quando annuntiat hic *Angelus Interpretes*, qua homo ab æterno liberari exitio potest, eam non inefficacem esse, sed cum penitioris mentis emendatione coniunctam, res ipsa loquitur. At *Cl. Guffertius* dubitat, an suffixum vt reciprocum considerari possit, quum adquisita Christi iustitia nunquam per *reſtitutionem*, sed per passionis mentionem vbique indicetur. Totam hanc litem vt paucis expediamus, respondemus (1) Neque nullam h. l. fieri *passionis* mentionem, quam vox **כּוֹפֵר** v. 24. satis luculenter complectitur. (2) Observationem non esse vniuersalem, vt subiectæ monstrabunt appellandi rationes *Es. LIII, 11. Jer. XXIII, 5. Act. III, 14.* & cum primis *Ioh. II, 1. 29. Rom. V, 18. 19.*

XXI. Eadem nunc via foret ad sequens comma XXIV. pergendum, si instituti nostri admitterent leges; namque egressa



gia sunt & validissima, quæ præbet, argumentationis nostræ momenta. Liceat tamen, ne hiulca nimis videatur hæc nostra tractatio, breuissimis pondera saltem probationum indicare. Versus etenim hic, ut cuius patet, apodofin antecedentis continet, cuius plana est connexio illis, qui de *Angelo Messia* hoc oraculum interpretantur; satis vero incommoda & difficilis aliter sentientibus. Illi quippe, qui *hominem doctorem* intelligunt, multa subaudire coguntur; quorum instar omnium exemplum in *Piscatore* capiemus, qui post primam vocem hæc addit: *Tunc, si scilicet egrotus iste monitis illius nuntii paruerit, ac proinde respuerit, Messiam Angelum* statuentes nihil suppleant, quod omnia fluunt commodissime. Hæc ideo attulimus, quo interpretationis nostræ ratio exister eo luculentior. Ceterum ad nostram thesin stabilendam duo potissimum hoc in commate valent. I. quod Deo exhibetur, qui sua hominem afflictum supplicatione cum Deo reconciliat. II. Idem ille כּוּפֵר præstare atque huius valore hominem ab æterna morte liberare dicitur. Neutrum de eo, qui solus homo aut angelus *ἀγγελοειδής* est, adfirmari potest: quia illi ad vnum omnes reconciliatione ac lytro, suam restituente culpam, indigent; hi quoque restituendo generi humano, & pro iis soluendo non sunt; ne dicam, quod Scriptura hoc conciliandi munus nusquam Angelorum adscribat ordini. Hoc itaque, ut demonstratum est, dato, præter unicum Messiam nemo, huic muneri sufficiens, reperietur, cui etiam vetustiores præcipue, tantum non omnes Iudæorum Magistri has partes relinquunt. Testem adducemus *Jonathanem*, ceteros cum vetustate, tum apud suos valore multo antecellentem, qui egregia de hoc fidei momento reuelauit in paraphrasi c. LIII. Esaiæ; ex qua, vnius alteriusque commatis transpositionem communicabimus. **Verf. IV.** בְּכֵן עַל הַחֲבִיבָה הוּא יְבִיעֵי וְעוֹתָנָה בְּדוֹלֵיהֶּ יִשְׁתַּכְּקוּ וְגוֹמֵר. *Tunc pro reatibus nostris ipse deprecabitur, & transgressiones nostræ propter ipsum remittentur.* **Verf. V.** Ipse etiam exstruet santhuarium, propterea quod pro reatibus nostris violatus, ac pro transgressionibus nostris traditus est; & per doctrinam eius pax super nobis multiplicabitur, & si obediuerimus verbis eius, reatus nostri remittentur nobis. Similiter ad **Verf. VI.** Omnes nos sicut oves dispersi sumus, quisque iuxta viam suam in captiuitate detinetur; sed Domini fuit beneplacitum,



rum, remittere omnes reatus nostros propter ipsam. *Rebentur* reliqua, ad capitis vsque finem apponi, nisi paginæ sub manibus nimis crescerent. Addimus alium adhuc, priori valde conformem testem *R. Alfsbech*, cuius ad citatam *Esaïæ* sectionem commentationes breuiter excerpemus. *Neque hoc solum*, ad v. 7. inquit, est, quod sit (Mesias) morbo familiaris, sed in primis, quod propter peccata nostra ipse vulneretur, ideo morbo dicitur familiaris. Quod dicitur affectus doloribus, sit, quia propter iniquitates nostras percussus est, & plaga affectus propter defectiões nostras. Hac ratio est, quod adeo sit contentus, nam castigatio pacis nostræ super ipso est; nullo enim sine alio ipse dolore affectus est propter peccata nostra, & percussus propter iniquitates nostras, quam ut ipsius castigationes a nobis prohibeantur. Ut autem pax nostra & felicitas stabilis sit, etiam aliæ castigationes requiruntur, nempe, ut humili conditione etiam depressus sit. Ideo nunc dicitur castigatio pacis nostræ super ipso, quæ castigatio ipsi super addita est, ut omnimoda nobis pax sit & felicitas. Etenim ut tollatur malum a carne nostra, ne nobis superueniat, ecce tumice doloris & plage ipsius sit nostra curatio. Id genus plura Antiquitatis testimonia videantur collecta ab *Hulsiō Th. Iud. spe-* ciatum quæ *Auctor* אֲנֹכִי רֹכֵל Lib. I. P. II. p. 309. de temporē Messia ex *Pesikta* tradit. Copiosius nunc de isthoc cōminate agere non licet.

XXII. Iam ad alia progredimur, ex constanti adhuc Codicis Ebraei parallelismo historico nostrum *Angelum*, æternum Dei Filium esse probaturi. Etenim idem hic Messias non semel Angeli sub schemate Patriarchis se conspiciendum præbuit, qui Interpretis ipsorum ac mediatoris apud Deum ageret partes. Quorum tamen ne nimia exemplorum abundantia obruamur, ea præcipue oracula seligemus, quæ Messiam; *verum Sacerdotem* ac *Mediatorem*, Deum & homines conciliantem ita describunt, ut his per lytrum, in tempore præstitum, non peccatorum tantum condonationem, verum omnis simul benedictionis diuinæ copiam comparauit, ac per Euangelii præconium indicauit. Recensēbimus itaque vnum post alterum, in quouis ea maxime obseruari, quæ ad nostrum locum aut confirmandum aut illustrandum faciunt. Non repetemus, quæ *Cl. Prasēs* noster in antelaudata Dissertatione ex libro *Geneseos* ad hunc vindicandum

Messi-



Messiam Angelum eucit, sed nunc ad reliqua V. T. exempla pergere animus est. De loco tantum Gen. XXI, 17. quem media fere pagina 19. a falsis Iudæorum glosfis solide vindicauit, vnicum adiciemus *Philonis Iudæi* testimonium, quod Libro de Somniis p. 600. huic Angelo perhibet: τὸ ἐν ἐπιθαυμάζομεν, εἰ ἀγγέλοις, ὅποτε καὶ ἀνθρώποις, ἐνεκα τῆς τῶν δεομένων επικηρίας, ἀπεικάσεται. ὡς ὅταν Φῆ, ἐγὼ εἰμι ὁ Θεός, ὁ ὀφθαλμοῖς σοι ἐν τόπῳ Θεῶν. Τὰτ' εἰνοητέον, ὅτι τὸν ἀγγέλου τόπον ἐπέσχε, ὅσα τὰ δοκεῖν, καὶ μεταβαλὼν, πρὸς τὴν τῶ μήπω δυναμένον τὸν ἀληθῆ Θεὸν ἰδεῖν ἀφέλειαν. καθάπερ γὰρ τὴν ἀνθ' ἡλίου ἀυγὴν ὡς ἡλίον οἱ μὴ δυναμένοι τὸν ἡλίον αὐτὸν ἰδεῖν, ὁρῶσι, καὶ τὰς περὶ σελήην ἀποιώσεις ὡς αὐτὴν ἐκείνην ἄτως καὶ τὴν τῶ Θεῶ εἰκόνα τὸν ἀγγέλου αὐτῆ λόγον, ὡς αὐτὸν κατανοῶσιν. ἔχ' ὅσας τὴν ἐγκύκλιον παιδείαν ἄγασ, ὅτι τὰ ἀγγέλω Φησὶ, Σὺ ὁ Θεός ὁ ἐπιδὼν με; καὶ γὰρ ἦν ἰκανὴ τὸ πρῶτον ἰδεῖν αἴτιον, γένε' ἔσα τῶν ἀπ' Αἰγύπτου. *Genlenius* ita: *Quid miramur, hunc (Summum Deum) ad similitudinem Angelis, quando propter egentium utilitatem non recusat similitudinem hominum: sicut quando dicit: Ego sum ille Deus, qui apparuit tibi in loco Dei. Quod sic intelligendum est, eum tenuisse locum Angeli, ut tunc videbatur, salua sua natura, ut prodesset nondum valenti verum Deum cernere. namque quemadmodum radios solis repercussos vident etiam, qui non possunt ipsum obtueri, & in lunaribus radiis, sicut in ipsa conspicitur mutatio: sic Imago Dei, Angelus ipse sermo (quem paulo post appellat τὸν κρείτατον καὶ ὑπερχρον λόγον, potentem & substantialem suum Sermonem,) tanquam ipse intelligitur. Videsne libentem eruditionem Hagaris, quod Angelus isti dicit: Tu es Deus respiciens me; non enim idonea erat videre illum antiquissimum rerum auctorem mulier Aegyptii generis. Aliud nunc succedit oraculum, quo Gen. XLVIII, 16. idem Legatus *יהוה יראדנו* redemptor & benedicens a Iacobo tanquam benedictionis Auctor inuocatur. Respiciunt hæc verba Iudæationem benedicti Patriarchæ Gen. XXXII, 25. seqq. descriptam, qua sibi cum Ipso decertandum fuerat. Quæ a multis Iudæorum glosfatoribus, multis item Christianis Patribus creatum, atque Esau custodem, sed a Iacobo victum, creditum esse constat; multa tamen in eodem loco supersunt grauisima argumenta, quæ increatum hunc Angelum; militiæ cælestis Principem ac Dei Filium*



um demonstrant. Quod ut probemus, (1) *appellationem* cupimus notari, qua Gen. XXXII, 29. 31. Hof. XII, 4. expresse אלהים dicitur, a cuius nominis significandi rigore ut discedamus, nullæ textus circumstantiæ, aut aliæ rationes suadent. Neque vero unquam probabitur, vni ac singulari Angelo creato nomē אלהים competere, quamuis toti aliquando militiæ caelesti tribui quidam concedant ob allegatam ab Apostolo Hebr. I, 6. c. II, 7. *Versionem LXXII, Interpp.* e Pf. VIII, 6. & Pf. XCVII, 6. vbi tamen אלהים propriam suam in textu Ebræo significationem habere, egregie ostendit *Cl. Guffertus* Comment. Lingu. S. p. 47. seq. (2) id euincitur *e cultu diuino*, quo hunc Angelum Patriarcha Gen. XXXII, 27. profecutus est, lacrimis ab ipso misericordiam benedictionemque impetraturus Hof. XII, 4. 5. quare Gen. XLVIII, iteratis votis Eundem flagitat, quo eandem benedictionem suis nepotibus assequeretur. (3) Non alium ostendunt *open diuina*, qualia sunt *benedictionis collatio, noui nominis Israelis impostio*, quæ aliis in locis diserte tribuitur *Iehouæ*, 1 Reg. XVIII, 31. cf. Gen. XXXV, 9. seqq. 2. Reg. XVII, 34. *sepius prestita libertio*, eaque talis, quæ ab Angelo tanquam *Goale*, id est *necessitate nobis coniuncto* profiscitur. Hæc quum creato vindicari nequeant Angelo, firmissime colligimus, nostrum textum *Mesiam*, qui simul *verus Deus* est, indicare. Tertium adiungimus locum Ex. XXIII, 20. seqq. qui non sua tantum euidencia nostrum מלאך מליי illustrat, sed clarissimis insuper Iudæorum interpretationibus est munitus. *Angelus* enim describitur, Israelẽ ex Aegypto per desertum ducens, neque semel *diuino nomine* אלהים, & quæ essentialis ac propria solius Dei adpellatio est, *Iehouæ* aliquoties salutatur. Conf. c. XIII. XIV. Exodi. Hæc adpellatio licet ad probandum sola sufficiat, aliis tamen adhuc argumentis thesin nostram hicce textus suffulcit. Remissionis enim peccatorum gratiam, quæ huic Angelo non *δργανικῶς*, ut Ecclesiæ ministris, sed *αυτοκρατορικῶς* tribuitur, solius Creatoris opus esse, apud ipsos Iudæos ponitur extra controuersiam Marc. II, 7. *Quantus vero est ille*, de quo Deus S. B. testatur: כִּי שְׁמִי בְּקִרְבִּי *Nomen meum in ipso est!* quo videntur duo indicari: (1) hunc Angelum essentialiter cum Deo summo unitum esse, ac, quod ex illo consequitur,



tur, ipsum esse summum Deum. (2) Esse eum, per quem omnem homo gratiam atque peccatorum condonationem a Deo nanciscitur. Dei quippe nomen, fatentibus Iudæis, est ipse Dei essentia, cuius hic Angelus ita traditur particeps, ut non solum Legatum, sed diuinis se attributis pollentem exhibeat. Hinc credo, peruulgatam Antiquitatis ortam esse traditionem de Angelo Metatron, qui nomine אַדְנִי seu Dei S. B. appelletur. Ita enim Rasebi ad n. l. commentatur: כִּי שְׁמִי מִשׁוֹתֶךָ בּוֹ וְרַבּוֹתֵינוּ אָמְרוּ זֶה מִטְטְרוֹן שְׁשֵׁמוֹ כֶּשֶׁם רַבּוֹ

Quia nomen meum unitum est cum ipso. nam Rabbini nostri tradiderunt, hunc esse metatron, cuius nomen est sicut nomen Domini sui. Metatron v. per Gematriam (facit) שׁוֹרֵי, omnipotens. Nostræ quidem Dissertationis scopus non admittit, multis de Metatrone agere; hoc nobis ostendere sufficiat, eum Angelum, quem Rabbini Metatronem appellant, non creatum esse Angelum, vel Henochum, ut sequior Iudæorum plebs, Pseudo Ionathanis. Gen. V, 24. Targum decepta, opinatur; sed increatum Dei Filium s. Messiam, ipsius diuinæ essentiae participem. Huius probandi causa ad R. Bechai prouocamus, multis in locis præclare de hoc Angelo ex maiorum mente præcipientem. Commentario in Leg. ad Ex. III, 2. f. 65. col. 1. hanc instituit collationem: וְדַעַת רַבִּי מִשֶּׁה בֵּר נַחֲמָן זֵל בְּפִירוֹשׁ הוֹאֵר כִּי מִה שְׁאֵמֵר וִירָא מִלֶּאךְ יְהוּדָה אֵלָיו בְּלִבְרַת אִישׁ וּמִה שְׁאֵמֵר וִיקְרָא אֵלָיו אֱלֹהִים הִבֵּל אֶחָד וְהוּוּ שְׁאֵמֵר מִלֶּאךְ יְהוּדָה מִתּוֹךְ הַסֵּנֶה וְאָמַר אֱלֹהִים מִתּוֹךְ הַסֵּנֶה יִכֵּן תִּמְצָא עַל הַיָּם שְׂכֵתוֹב וְיִסַּע מִלֶּאךְ הָאֱלֹהִים וְהוּוּ כְּאוֹר לֹא סָמוּךְ: וְאֵל תִּתְמָה אֵיךְ יִסְתִּיר מִשֶּׁה פְּנֵיו מִן הַמִּלֶּאךְ כִּי הַמִּלֶּאךְ הַנּוֹכַח בְּכַאֵן הוּוּ הַמִּלֶּאךְ הַנּוֹאֵל שְׂכֵתוֹב בּוֹ אֲנִכִּי הֵאֵל בֵּית אֵל וְכֵן אָמַר בְּכַאֵן אֲנִכִּי אֱלֹהֵי אֲבִיךָ אֲבָרְהָם אֱלֹהֵי יִצְחָק וְאֱלֹהֵי יַעֲקֹב וְהוּוּ

Sententia R. Nachmanidis in Comm. hæc est, quod verba textus: & apparuit ei Angelus Domini in flamma ignis, cum istis: & clamauit ad eum Deus, omnino conueniant, idemque prius sit, quod dicitur: Angelus Domini e medio rubi, cum illo: Deus e medio rubi. Simile inuenies de mari (transitu per mare) quod scriptum sit Ex. XIV, 19. & profectus est Angelus Dominus, nam אֱלֹהִים explicatio est



est, nec regitur (אֱלֹהִים) Ideoque ne mireris, quomodo Moses faciem suam ab Angelo abscondiderit? quia Angelus, cuius hic mentio fit, est Angelus Redemptor, de quo scriptum Gen. XXXI, 13. Ego sum Deus Bethelis, atque sic b. l. habetur: Ego sum Deus Patris tui &c. Et hic ipse est, de quo Ex. XXIII, 21. scriptum legitur: quia nomen meum est in eo. Sed forsitan in explicatione cap. XXIII. mentem suam mutavit? Hautquamquam. Enimvero expresse ibi fol. 98. b. adfirmat, hunc Angelum non esse ex numero הַמַּלְאָכִים creatorum & a Dei essentia alienorum, sed ex מְשִׁיבוֹת emanationibus, que intra Dei essentiam subsistunt. Quam assertionem auctoritate Tanchumæ stabilit, quod sit Metatron, princeps faciei; quem ideo Deus suum appellet Angelum, quod eum diligit, atque per hunc se cognoscendum prabeat mundo; cumque eo indivisa unitate, atque sine separatione unitus sit, adeo, ut remittendorum peccatorum potestate polleat. Conf. Buxtorfi Lex. Talmud. f. 192. Eandem ob causam Messias ab antiquioribus Nomen Dei dictus est, quod in Midasch Tillim f. 18. a. probatur ex Prou. XVIII, 20. hunc in modum: וְמִתּוֹ מְגֻדָּל שְׁנַעֲשֶׂה לָהֶם מֶלֶךְ הַמֶּשִׁיחַ כְּמִגְדָּל שְׁנֵאמַר מְגֻדָּל יִשְׁעוֹת מַלְכוּ וּכְתִיב מְגֻדָּל עַן שֶׁם יְהוָה בּוֹ יִרְוַן צְדִיק וְנִשְׁגָב

Et quid est turris? Resp. quia fiet illis Rex Messias instar turris, q. d. 2 Sam. XXII, 51. & Prou. XVIII, 20. Turris fortissima est nomen Domini &c. Quo- cum egregie consonant ea, quæ Rayn. Martini P. F. p. 828. 880. ex Breschui Rabba collegit, digna profecto, quæ in ipsis fontibus legantur. Luculentiore fane nostri, quod tractamus, oraculi, ac speciatim verborum מְלִיץ עָלֶיךָ interpretationem, hæc collatione historica, dare non potuissem. namque designatur idem, quem parallelismus ita apud Deum esse ostendit, ut eiusdem sit cum Patre essentia, ac sua auctoritate & merito hominum peccata tollere possit, ideoque ab omnibus sancto tremore adorandus. Ps. II, 13. Pluribus testimoniis coaceruandis, chartæ angustia exclusi, super sedemus.

XXIII. Ad alia quidem loca nos collatio historica deducit, eundem tamen insignioris nota Angelum contemplandum ficit. Angelus namque, verus simul Deus, duobus valdeque illustribus locis tanquam מְלִיץ עָלֶיךָ viuis suis coloribus depingitur in libro Iudicum. Exhibetur enim Deo sacra faciens pro- mor-





mortalibus, atque in sacrificii flammis sinum Paris repetens; quum primum Gideoni Iud. VI, 18. 19. postea Manox Iud. XIII. sub eodem vtroque schemate appareat. Singulas quidem historias penitius euoluere, tractationis nostræ ratio non admittit; ea tamen notabimus, quæ *Paracletum* nostrum *Angelum*, *Dei humanique S. questum* reddunt illustriorem. Quare bene obseruandum, h. I. descriptum Angelum non posse *creatum* intelligi, quia se vt Principem Angelorum, & ipsum Dei Filium manifestat. Namque in Gideonis non tantum historia *Iehouæ*, vt sibi conueniente titulo ornatur c. VI, 14. 16. sed v. 15. ab eodem אדני cum *Kametz* compellatur, quæ scriptio secundum Iudæos קדני Deo soli competit. Hæc forte res *Chaldeum*, & qui hunc secutus est, *Raschium* mouit, vt præter hunc Angelum, summum Iehouam Gideoni apparuisse statuant; at absque omni fundamento. Vix enim credibile fit, Deum cum Gideone fuisse locutum; ad quem ideo Angelum ablegarat; aut Gideonem, relicto Angelo præsentem, orationem suam ad Deum conuertisse. Adde, alios haud inepti iudicii Iudaicos Interpretes hic non nisi vnicum Angelum agnoscere, cum Gideone colloquentem. Ceterum ipsa Angeli verba declarant, qualem se cognoscendum dederit. In quibus singulare est, quod postquam Iud. VI, 14. diuinum de futura liberatione consilium tanquam מלאך מליין exposuisset, idque v. 15. confirmasset signo, sua tandem v. 16. auctoritate, qua pollebat diuina, auxilium in profligandis Midianitis pollicetur. Hoc profecto non creati cuiusdam nuntii, sed summi Dei opus est; vt reliqua nunc taceam. Eundemque, non alium se porro gessit c. XIII. in apparitione, quæ Manox contingebat. Nihil ergo moramur coactum *R. Gersonidis* commentum, qui per *Angelum* Iud. II. VI. XIII. hominem Prophetam, nescio quem *Pinechasum*, intelligi contendit; quod quum sanæ repugnet rationi, nullam apud sequentes fidem meruit. Verum id præcipue in his locis attendendum est, hunc Deum, *Deique Angelum Sacerdotis munere fungi*, *Abarbanel* non absque iudicio historiam Reg. XVIII, 34. contulit; *Eliam* cum Angelo nostro, Gideonem v. cum Israelitis comparans. Nam sicut nemo facile Israelitas, quia victimas adduxerunt, sacerdotes fuisse adfirmauerit, ita



nec maiori quis specie Gideonem aut Manoam hoc obuisse munus contendet, sed pari ratione isthunc honorem Angelo huic relinquere cogetur. Cui sententiæ non tantum *Augustini*, aliorumque Interpretum auctoritate moti adstipulamur, sed grauis-  
simis, quas suppeditat textus, rationibus conuicti. Totum quippe sacrificium, Iud. VI. oblatum, ad *Angeli huius*, instar *summi sacerdotis* præscriptum paratur; qui etiam ipse hoc sacrificium accendisse dicitur; quod munus in Mosaicis Legibus nemini præter sacerdotes demandatum Leu. I. 7. 9. 13. &c. Deinde, quod victimam mirabili plane modo parauerit, & aptauerit ad sacrificium, *sacerdotis* ipsum partes egisse, satis superque ostendit. Manoa itaque totam oblationis curam Angelo relinquebat, bene gnarus, hunc sibi honorem per diuina instituta non patere, **Accenso tandem sacrificio**, in ignis flamma quasi semetipsum כּוֹפֵר & victimam sistens, adscendit, ac Patris gratiam mortalibus conciliauit. Recte igitur ac neruose rem complexus est *B. Augustinus* **Quæst.** in Libr. Iud. c. LIV. aiens: *Quod ergo seruit Angelus in altaris flamma, magis significasse intelligendum est, illum magni consilii Angelum, in forma seruit, h. e. in homine, quem suscepturus erat, non accepturum sacrificium, sed ipsum sacrificium futurum.* Sed quo nos argumenti copia rapit? Amplissimus certe dicendi campus pareret; si cetera adhuc V. T. loca, quæ sacerdotale Messia: munus designant, conferre animus esset.

**XXIV.** Prophetica vaticinia verbis eandem describunt, quem historica exempla variis sub schematibus oculis nostris obiecere. In quibus communem Codicis nostri ordinem secuturis primus occurrit *Esaias*, multam nostro oraculo lucem adfiandens. Non contemnenda quidem videtur Messia: appellatione, quando in תּוֹבֵן LXXII. *Versione* Es. IX, 6. μεγαλης βαλῆς ἀγγελοῦ nominatur; nunc tamen in Ebraico magis fonte occupabimur, qui illustriora adhuc subsidia præbet. C. LXIII, 9. כּוֹפֵר פָּנֵי אֱלֹהִים *f. Angeli faciei* mentio fit, cui non tantum intimam cum Deo unionem ipsa attribuit nuncupatio, sed diuina præterea liberationis & latæ salutis opera eidem adscribuntur. Is itaque intelligitur Angelus, qui non ad Angelorum reliquorum morem coram diuina Maiestate seruit, sed qui כּוֹפֵר, i. e. *Maiestatem*, ac *gloriam di-*



vinam in semetipso possidet. Multa in hoc loco obseruanda es-  
sent, nisi abunde id præstitisset *B. Seb. Schmidius* Coll. Bibl. priori  
Loc. III. p. 135. seq. qui multis argumentis demonstrauit, hæc,  
quæ Angelo tribuuntur, non nisi *increate* adscribi posse. Appel-  
lationis autem ratio in eo fundatur, quod non tantum in Patris  
conspectu ac sinu fouetur, sed *ipsa* quoque *Dei facies*, h. e. *Gloria*  
*ac Maiestas* est, vti appellatur Ex. XXXIII, 15. immo, exponentibus  
ita *Nachmanide* aliisque Iudæis, *ipse Deus*; neque aliam explicatio-  
nem commata 16. 17. admittunt. Vid. *Maii* Theol. Iud. p. 71. Mini-  
me vero mea opinione errabit, qui eum ideo *Faciei Angelum* no-  
minari statuerit, quod gratiam Dei nobis promeritam, manifestet,  
vtpote quæ sapius per *Faciem Dei* describitur. Num. VI, 25. Ps.  
LXVII, 2. Christianis profecto ex N. T. collatione hæc appella-  
tio obscura esse nequit. *Messiam enim adspiciens, ipsum Patrem videt*  
Io. XIV, 9, 10, quia ipse est *χαράτης της ύποστασεως αυτου* Hebr. I, 3.  
atque pro nobis coram *facie i. presentia Dei* apparet Hebr. IX, 24.  
coll. Apoc. VIII, 3. De quibus plura inferius. *Esaie* oraculo non  
incommode iungemus *Zachariae* visiones, quæ sapius hunc *An-  
gelum Dominum* variis licet sub schematibus, contemplantur.  
Potior tamen character, quo nobis præsentatur, est *sacerdotalis*;  
quare tum vt expians remouensque mortalium peccata, tum  
vero apud Patrem miseras hominum deprecans sistitur. Pri-  
mum quidem alieno quasi vultu indutus, *bellatorem* se exhibet  
Zach. I, 8. 11. sed misericordia interna motus poenas & supplicia  
bene merita ad summi sacerdotis morem deprecatur v. 12. cuius  
quoque supplicatio tantum apud Patrem valebat, vt solatii atque  
suauitatis plenam ferret responsionem v. 13. Quare non potest al-  
lius præter illum *מלאך אלהים* qui est *ὁ ἀγγελος, ὁ ἐμφαιλό-  
μενος* *αὐτῶν* intelligi, quod prædicata alium non admittant.  
At vero *H. Grotio*, qui *Archangelum Michaelem* intelligit,  
dicam non scribemus, si verum intelligit *Michaelem* s. *Dei Filium*,  
qualem *Danielis* Prophetia indicat, & sequens sectio vin-  
dicabit. At hic quædam difficultas obicitur interpretibus, quis-  
duorum Angelorum deprecationem ac pro populo supplicatio-  
nem fecerit. Sed eam facile solutam credimus ex ipsa respon-  
sione v. 13. Non enim Angelus, primum cum *Zacharia* collo-  
quens



quens, supplicauerat, sed alter equo insidens, cui a ceteris aduenientibus vniuersalis terrarum quies fuerat narrata. Porro manifestum Historia discrimen inter *Iehouæ Angelum* atque Angelum, colloquentem ordinarium, constituit, hunc quidem doctissimus *Cocceius* ad h. I. *Messia* statuit *Spiritum*, qui per Prophetas, idemque cum illis sub veteri æconomia locutus est 2 Sam. XXIII, 2. 1 Pet. I, 11. 2 Pet. I, 19. Illum vero, quod nomina ceteraque attributa confirmant, *Messiam* dico seu summum *Angelum Dominum*, qui qua humanam naturam passim *שׂרָא & מַלְאָכִים* quæ diuinam ipse *רוּחַ* appellatur, non secus, ac si *מַלְאָכִים & רוּחַ* Prophetæ penitus idem fuisset. Quæ quod nulli creaturæ vindicari possint, ex hæctenus disputatis abunde constat. Vt vero vterius provehamur, obseruandum est, hunc *Angelum* conciliatorem c. II. aliam quasi personam sustinere, dum Prophetæ ac *Nuntii* a Deo missi partes agit. De missione sua *Zachariam* instruit v. 12. 13. vltimis præcipue verbis indicans, se ab omnibus eum velle agnosci, qui a Deo missus sit. Quisnam vero ex toto Angelorum cætu præter Messiam a Iudæis & gentibus, ad quas se ablegatum testatur v. 14. agnitus est tanquam Prophetæ, præter hunc *Interpretem Angelum*? Neque vero prætereundum, quod talem se manifestet *Nuntium*, qualis non alii, sed sibi animos conciliat. Namque v. 15. gentes Iehouæ adiungendas sibi in populum fore nuntiat, in quo medius habitare, atque ab omnibus vera cordis fide apprehendi velit. Sed quid in re omnibus clara longius hæremus. Ad III. pergimus Caput, duplicem nobis Messia seu *Angeli Dei* figuram exhibens. Regem hunc atque Iudicem in folio sedentem conspicimus, qui Iudæ viuentium æque ac mortuorum a Patre constitutus est. Hic vero non vniuersale, sed speciale iudicium exercet in *Iosua* causa, cuius *ad videri* condemnat. Conf. Mal. III, 2. seqq. Iudex vero dum sistitur, non *Angelus* tantum *Iehouæ* v. 1. sed ipse *Iehouæ* dicitur v. 2. Iehouæ Patri iudicium commendans; a cuius ministerio Angelorum exercitus stant parati. v. 4. 6. sed visio Prophetam a *typico* ad *perum* reducit *Sacerdotem* v. 8. seqq. quem Messiam intelligi Iudæorum saniores non instanciantur. *Chaldeus* quippe h. I. vocem *מַלְאָכִים* expresse reddit *מֹשִׁיחַ*, per quem, vt v. 10. ha-



10. habet, peccata totius terræ uno quidem die tollenda sunt. Neque abnuat *Raschbius*, de *Messiah* h. l. sermonem esse, quamuis ingenue fateatur, se nescire, qualem spiritus Prophetiæ diem indicet. Sic expressum quoque testimonium huic *Angelo Mediatori* perhibet *Chaldæus* ad cap. VI, 12. vbi Messiam etiam describit, ut summum *Sacerdotem*, super throno suo in sæcula regnaturum, contra Iudæos, ex Pf. CX, 4. firmiter tenemus. Nec aduersus interpretationem de *Messia Raschbius* quicquam habet, nisi quod ipsi textus loqui videatur כבית שני, acsi Messias ad tertium venturus sit templum, ut *Abarbanel* ex hoc loco adfruiere conatur, spiritualia hæc vaticinia externo & corporali modo interpretans; ille tamen sua oppositione egregium, inuitus licet, veritati testimonium largitur. *Malachias* tandem prophetarum claudit agmen, minime tamen vltimum, si vaticiniorum de *Messia* perspicuitatem consideraueris, locum obtrinet. Notissimum oraculum est, quod c. III, 1. eloquitur, *Messiam & fœderis Angelum & summum Templi Dominum* declarans. Sed multis in eo vindicando morari, esset Hiadem post Homerum scribere. Videantur *Cl. Frischmuthi* aliorumque de hoc *Angelo fœderis* commentationes, quæ cuiusuis desiderio satisfaciunt. A 19 *Cassiod. T. V. XXV.* Ex tertia Codicis sacri parte haud ignobilem, sed Deo amatum producimur testem, *Danielem*, qui singularem nostri Angeli appellationem traditam sibi reliquit. *Michaelis* enim Dei Angeli non simplicem facit mentionem. Dan. X, 13. 21. c. XII, 1. quem summum Principem ac Israelitici populi apud Deum deprecantem esse, cum ipsa oracula expresse adfirmant, tum unanimis Iudæorum stabilit confessio. Namque *R. Abarbanel* in *Rosch Emunach* c. XII. ex his potissimum locis non inepte contendit, *Michael* inter offensum Deum ac peccantem *Israel* conciliatorem interuenisse, eiusdemque perpetuum esse Mediatorem. Et *R. Bechaui* Comm. ad Ex. XXIII. fol. 23. a. 199. generatim de eo tradit, quod sit ממונה על הסליחה על הפרעושים, *remissioni peccatorum, præfatus*, causam adiiciens, כי הנה שר החסד, *qui ipse est misericordie Princeps*, hoc est, ut sequentia euincunt, *cui potestas est remittendi peccata*, & quæ plura eius diuinitatis documenta adfert, An vero hic *Michael* creatus sit Angelus, uti vulgata



fert Iudæorum opinio, nunc ulterius est dispiciendum. Creato certe maiorem illustrioremque hic describi Angelum, cum ex ipso nomine, tum ex attributis eius clarissime demonstratur. מיכאל *quis sicut Deus omnipotens?* coll. Pf. CXIII, 5. Hinc Dan. XII, 1. dicitur *Princeps magnus seu maximus*, quod appositum מלאך confirmat. cf. Pf. XXIV, 7-10. Pf. XCV, 4. Summatim iccirco hac nuncupatione incomparabilis ipsius diuinaque Maieestas exprimitur, cuius nemo, nisi Deus particeps. Ideoque dicitur מלאך *unicus* vel *primus*, primariorum Principum cælestis Exercitus dux & caput, qui *primario* malorum Angelorum oppositus, sua non tantum virtute reliquos omnes superat, sed *unicus* manet *is* τὸ θεῶν Ioh. V, 18. qui Ecclesie opitulator eiusdemque, contra aduersarios, quos in tempore victurus erat, defensor strenuus. Iudaicæ ceterum traditionis, quam ex R. Bechai allegauimus, memores, nomen huius *maximi Angeli Dei* petitum credimus ex Mich. VII, 18. כִּמּוֹד נוֹשֵׂא עֵן וְנוֹכַח מִי אֵל *quis Deus est sicut tu, condonans iniquitatem?* Nemo autem Iudæorum creato unquam Angelo remittendi peccata potestatem concesserit, utpote quam soli Deo competere, ex h. l. probare solent. Plura ex V. T. huius Dei Angeli synonyma adferre, voluminis magnitudine prohibemur, nulli dubitantes, fore ut hæc pauca B. L. sufficiant.

XXVI. Quæ quam ita sint, propius nunc ad N. T. collationem accedamus, quam in eorum gratiam, qui Christo sumum dedere nomen, instituemus; ne alium, quam in V. T. expectatum promissumque, sibi in scriptis N. T. offerri existiment. Initio quidem posset quis dubitare, an sub Angeli characterè Messias in N. T. se manifestarit; omnem vero scrupulum nobis eximunt non tantum euidencia exempla, quibus Christus tanquam Angelus nobis exhibetur vid. Act. VII, 30. & c. sed phrasæ, etiam ipsum non semel ἀπεσταλμένον παρὰ θεοῦ nuncupantes. Conf. Ioh. XVII, 3. 18. 21. 23. 25. Ioh. V, 36. c. VI, 57. Luc. IV, 43. Mat. XV, 24. Act. VII, 35. Elegantissimum ac nostris Obseruationibus valde conueniens exemplum suppeditat Apocalypsis c. VIII, 3. quo in loco per *Angelum* solum Christum, summum nostram Pontificem & fœderis Angelum intelligi multis ratio-



rationibus edocemur. Huic quippe soli conueniunt omnia, quæ sequuntur. Namque is est, qui sanctorum preces offerre, iisque valorem ac beneplacitum in facie Patris adicere valet. Nullus vero Angelorum, sed solus Christus hominum est Mediator. Idem deinde ostendunt etiam phrasæ atque ritus, a Sacerdotum V. T. munere desumpti, quos non Angelorum, sed Christi fuisse typos, nemo negat. Quanquam enim apud veteres sententia aliquando obtinuit, dari in cælo *faciei Angelos*, ministrantes, atque offensi Numinis animum peccatoribus conciliantes, dum *προς Θεον κενωσιν οσμην ευωδιας λογικην, & ανδραμακτον προς Θεον*, offerunt Domino odorem suauitatis rationalem, ac oblationem absque sanguine, quemadmodum apocryphus Auctor libri antiquissimi, quem *Testamentum duodecim Patriarcharum* inscripsit, apud *Grabium* Spicil. Patr. I. Sæcul. in Testamento Leui n. III. p. 159. loquitur; hautquaquam ei tamen subscribere possumus, quum Scriptura nusquam tale munus Angelis adsignet, vt potius vnici semper atque solius Christi Mediatoris *παρεκκλητη* mentionem faciat, quem Apocalypsis h. l. Angelum appellat, ratione muneris habita, quod pro nobis suæ olim missionis fructum deprecando adhuc quotidie compleat & consummet. Videtur quidem Ioannes Angelum hunc ceteris nuntiis, quorum gesta memorauerat, æquiparare, dum eum sine vlla adiectione *αλλον αγγελον* dicit; quia, quod ad speciem attinet, reliquis omnino similis apparebat, ministerii sui munus præstans instar Sacerdotis, quare locutione Sacerdotibus propria *εζηκεινας* dicitur coll. Hebr. X, 11. Eundem tamen post pauca vt Angelorum Dominum describit, quandoquidem sua auctoritate Angelum clangere iubet v. 5. Deinde huic soli adolendi & offerendi suffitus potestas commissa est; quo docetur, ipsum pro fidelibus suis cultoribus orare, ipsorum precibus vim ac precandi spiritum conferre, qualis, tanquam redemptionis effectus ipsi quoque in nostro oraculo vindicatur Iob. XXXIII, 26. Quod tandem iuxta altare stetisse dicitur, non aureum, quod in adyto collocatum erat, intelligo, sed holocausti, vt c. VI, 9. c. XI, 1, &c. obser-

F

vanti-



vantibus Viris doctissimis. Conf. Braunii Selecta S. L. II. c. IV. f. 49. Christus noster Mediator cum altare sit, ipsaque simul victimam, in altari oblata, suo nobis merito Patris favorem conciliavit Eph. V. 2. quum de se solus affirmare queat **יְהוָה אֱלֹהֵינוּ**, in quo Parens adquiescit. Plura de hoc Angelo legas apud Gerhard. Harm. Euang. Contin. T. III. p. m. 1342. Videatur etiam D. Gejeri Comm. in Dan. X. p. m. 804.

XXVII. Haut minus illustrem reliquis textus nostri verbis lucem adfundit N. T. collatio. **יְהוָה** seu Mediator dicitur **εἰς μεσότητος Θεῶν ἡ ἀνθρώπων, ἀνθρώπος χριστὸς Ἰησοῦς** 1 Tim. II, 5. Etiam Iohannes Apostolus Epistola priore c. II, 1. hunc Iesu. s. Messiam appellat **παράκλητον πρὸς τὸν πατέρα**, quam eandem vocem Gbaldens Paraphrastes ad exprimendam vocis **יְהוָה** notionem superius adhibuerat. Quo munere adhuc fungitura dextris sui Patris sedens, **ἐκτυχάνων ὑπὲρ ἡμῶν** Rom. VIII, 34. coll. Hebr. VII, 25. Quod si vero **יְהוָה** acceperis *Interpretem divine Voluntatis*, proprium id fuisse Christi in carne manifestati officium scias. Ex multis hoc comprobantibus hunicum allegamus locum Ioh. I, 18. Adde Ioh. IV, 34. ubi suum cibum appellat **τὸ ποιῆν τὸ θέλημα τὸ πέμψαντος αὐτόν**, cuius voluntas in eo consistebat, ut omnem salutis viam, per suum acquirendam, meritum, mortalibus exponeret. Ideo dicitur **ἄνθρωπος** seu *unicus*, qui *solus* id prestare poterat; cum quo convenit, quod ab Apostolo Rom. V, 15. 17-19. **ὁ εἰς** appellatur, oppositus **τῷ ἐν**, hoc est, priori Adamo, non tantum primo, sed *unico & capivi* totius humani generis. Namque hæc **τὸ εἰς** significatio Scriptoribus S. non infrequens est. Conf. Luc. X, 42. Rom. III, 12. Ioh. VII, 21. Mat. XIX, 17. c. VI, 24. Ioh. VIII, 41. 2 Cor. V, 15. Verbis, quæ adiciuntur, **ἡλκισθῆναι**, ipsius præ Angelis indicatur excellentia, quam divino profus modo explicat Paulus binis locis: utpote Col. I, 15. 16. *Capivi* Christum constituens & Creatorem univervi Angelorum Exercitus, quod imago Dei sit & **πάσης κτίσεως κεραιότοκος, ἐν πάσῃ αὐτὸς πρωτεύων** v. 18. ac Hebr. I. totus in eo est, ut quanta Messia fit Maieitas, gloria ac præ Angelis dignitas, suis





fuis ostendat. Tanta vero huius summi Angeli est gratia, ut quamuis altissimus sit, nostrum tamen, peccatorum licet, habeat curam. Enimuero ὑπερ ἡμῶν, ita reddimus suffixum וְלֵךְ, quemadmodum n. XVIII. notatum, mortuus est, atque semetipsum ἀτιδυτῆρον dedit pro omnibus i. Tim. II, 6. Rom. V, 8. 2. Cor. V, 15. Col. I, 20, 22. Gal. II, 20, 21. coll. c. III, 10-13. c. IV, 4-5. Eph. I, 7. Ioh. II, 1, 2. &c. Hancque nobis adquisitam iustitiam annuntiavit ipse, & adhuc per suos ministros prædicari iussit Ioh. I, 18. Luc. XXIV, 47. Non autem putandum est, nudam annuntiationem, verbo לְהַגִּיד significari, sed eam, quæ efficacem illuminationem internam coniunctam habet. Rom. I, 16. In sequenti commate toto non aliam, quam N. T. linguam adhibet Elihu, ut facile demonstrari posset, si limites dissertationis eo pertingerent. Vnum tamen præterire non possumus, quod vltima commatis verba כֹּפֶר מִצַּחֲתֵי כֹפֶר pæne eadem sint repetita ab Apostolo Hebr. IX, 12. Non enim, ait, hircorum aut vitulorum sanguine, sed proprio suo semel ingressus est sanguine in sancta sanctorum, ἀνομιάν λυτῶσιν ἐπαίμενος, postquam æternam redemptionem & modum redimendi inuenisset, sc. per semetipsum ac sanguinem suum, qui ipsum fuit hyrum i. Pet. I, 18, 19.

XXVIII. Ex iis, quæ dicta sunt, nemo non colligit, ad Iesum Nazarenum singula hæc, quæ attulimus, digitum intendere. Adeo exacte Scriptura sibi respondet, ut N. T. suo dixeris merito V. T. clauem, cum velamen Mosi impositum, remoueat, ipsamque τῆς κρυφῆς Μετση Ἀγγελι δόξαν exhibeat clarissimam. Quare haut opus esse existimamus, multis ostendere, quod Elihu verba in Iesu, quem nos verum profiteamur Messiam, completa sunt, quum omnia, verba, quæ illic de Dei Angelo mediatore, hic strictim de Christo referantur. Populus ipse, doctrinæ efficacia percussus, fatebatur, quod hic ἀληθῶς sit ὁ προφῆτης, ὁ ἐρχόμενος εἰς τὸν κόσμον Ioh. VI, 14. qui non frigide, Scribarum instar, sed ἐπ' ἀληθείας ἔσθλως τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ edocebat. Luc. XX, 21. At, quid iuisset doctrina, nisi collapsam ac perditam omnino iustitiæ viam restituisset. Quod ut efficeret,

houp

F 2

ani





animam dedit pro omnibus, ut cunctos vitæ restitueret. Quæ, si cui non videntur sufficere, ea velim recolat, quæ antecedente sectione obseruauimus, & singula verba quam strictissime nostro, eique soli conuenire Messia: deprehender.

XXIX. Iis ergo, quæ nobis probanda erant, expeditis, propter quam causam hæc fortiatu nomina, nunc breuissimis adhuc explicabimus. Sunt quippe nomina, omnis solatii plena, atque τῆς εὐεργεσίας σύμβολα, quemadmodum de Iesu Christi nominibus loquitur Theophylactus in Col. I. 4. f. 626. Angeli nuncupatio cum nullius naturæ, sed muneris sit, *missum* significat hunc Dei filium, atque Patris ad mortales Legatum Ef. XLVIII, 16. c. LXI, 1. Zach. II, 13, 15. qui tanto maiori pollet auctoritate, quanto altior is est, cuius sustinet legationem. Iccirco non efferre satis potest Paulus huius Apostoli dignitatem Hebr. III, 1. Legatum vero, dum Messiam appellat Scriptura, non ad perpetuum respicit statum, sed ad illam œconomiam, qua proprium munus suum exequi non poterat, nisi ad mortales prius ablegatus esset. Illud vero, quod proprium diximus munus, vnica, sed omnia complectente voce Ἰσχυρῶς indicatur, quæ æque conuenienter eadem tribuitur. Confecimus supra, duo hæc appellatione notari (1) quod æternus sit *Mediator Dei hominumque*, ac perpetuus *Advocatus*, meriti sui intuitu nos Patri concilians, eamque, quæ sublata erat per peccatum, pacem restaurans. Rem pariter ac nomen significantissime explicaturus adhibuit *Paracliti* vocem Chaldaeus, quam hoc sensu soli Messia: in N. T. tribui ostensum est. Sed quanta sunt beneficia, quæ indicantur? Optime Cyrillus Alexandrinus in Actis Concil. Ephes. apud Suicerum Theol. Eccl. T. II. p. 593. obseruat, eam ob causam Dei Filium nuncupari παρακλητοῦ, καὶ λαλήσειον καθύπερθε τοῖς ἐπι γῆς ἑμυσῆν του πατέρα καὶ παντὸς ἡμῶν ἐνεσκηται προξενος ἀγαθῶ: nam, adicit, Patrem reddidit benivolentem illis, qui in terra sunt; Et omnis boni nobis reperitur causa. Ac quamuis eadem quoque appellatio Spiritui S. aliquando tribuatur, ut ex Iohannis Euangelio apparet, non tamen simili modo de eodem prædicari arbitror. Non quidem adferam, quod



quod Latini Patres plerique hanc vocem, quum de Spiritu S. adhibetur, non *Paraclitum*, vt r. Ioh. II, r. reddant, sed *Consolatorum*; nunc tantum notabo, Spiritum S. Christi Spiritum esse, nec aliter, quam propter adquisitionem Messiae meritum hoc deprecationis munus pro nobis exequi Rom. VIII, 26. Itaq; *πρωτος* Messia competit, tanquam foederis Angelo, quoad pro hominibus apud Patrem hoc officium praestat. Simul vero (2) voce *מליך* notatur, quod aeternus sit *טעם* *לוגוס*, ac *diuina Voluntas Interpretis*, de eadem homines instruens tanquam *της μεγάλης βαλλης ἀγγελος*. Conuenientissime igitur addi existimo *ישו לאדם* hoc est, *εὐαγγελίζεσθαι τοῖς πρωτοῖς* Ef. LXI, 1, quo se *verum iustitiae doctorem esse manifestat* Ioel II, 23. qualem fore Messiam Iudaica Antiquitas nunquam negauit. Huc pertinent, quae de *nouo Messiae foedere* traduntur in *Talkut* ad Pf. II, 7. fol. 90. b. *Ioelis* speciatim verba *Raschius* statim ab initio ad *Zach. I. Kimchius* ad Ef. II, 3. de Messia adhibent; & *Abarbanel* ad c. I. f. 241. c. diserte docet:

והוא מלך המשח שיורה את הדרך אשר ילכו בה וארת המעשר  
 אשר יעשון *Hic (Iustitiae doctor) est Rex Messias, qui docebit viam,*  
*qua incedendum est, & opus, quod praestandum.* Idemque mox ad *Ionathamen* prouocat, qui hoc in loco *מורה* *Doctorem* reddidit. Quo, inuiti quamuis, largiri coguntur, non antiqui Mosaici foederis, sed noui, quod suo pepigit sanguine *Zach. IX, II.* *Messiam fore Interpretem.* Vnde *Euangelicae nostrae annuntiationis*, ac, quae in ea offertur, *Messiae iustitiae, veritas euidētis-*  
*ime probatur.*

XXX. Haec quum ita sint, nostri tandem in summum hunc *Angelum mediatorem & diuinae Voluntas Interpretem*, recordamur officii, quod, *Apostolo teste* *Hebr. X, 22. 23.* in eo versatur, vt corda nostra per veram in Christum fidem, ex *Euangelio* hoc conceptam, purgari finamus, atque inhaereamus toti huius *Mediatoris vnici εμολογία.* Quod si effecerimus *fideli, & sincero,* quo decet, animo, nullum est dubium, quin *Iudaicae etiam gentis* offensiones, quibus semetipsos ingenti suo constringunt damno, *indies paulatim cessatura,* atque abiecto *velamine,* illi

HALAE MAGD. TYPIS CHRISTIANI HENCKELII, ANNO 1794



illi etiam vnicum hunc humani generis sponforem vera fide amplexuri sint, ne furore Ipsius aliquando conficiantur. Ps. II, 13. Faxit Deus optimus, qui εν ταῖς ἐπαγγελίαις se vbiq; πᾶσιν præbuit, vt hæc qualiscunq; scriptio ad eundem scopum aliquid conferat, ne nos laboris, neque B. L. lectionis peniteat; quem vt hæc pauca, quæ de grauissimo argumento, quod & ingenium nostro solidius, & maiorem adhuc industriam merebatur, collegimus, æqui consulat, nostraque sibi studia ac conatus porro commendatos habeat, humanissime rogamus.

S. D. G.



XXX. Hæc dicitur in...  
 quod Apollonio...  
 de nobilitate...  
 ceptum...  
 Quod si...  
 quo dicitur...  
 gentis...  
 dampno...  
 illi





08 A 6423


Slc

R


WDA

Fi. 75.









מלאך המלך 25 לו.

SIVE

De

26

# ANGELO INTERPRETE

DISSERTATIO PHILOLOGICA ;

*quam*

ad vindicandum illustrandumque Locum

IOBI XXXIII, 23.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. PHILIPPO WILHELMO,

PRINCIPE BORUSSIAE, MARCHIONE BRAN-

DENBURGICO, CETERA, ET DUCATUS MAGDEBURGICI

GVBERNATORE,

PRAESIDE

IO. HEINRICO MICHAELIS,

GR. ET OO. LL. P. P. ORD.

PATRONO SVO, PRAECEPTORE AC HOSPITE AETERNVM COLENDO,

pro priuilegiis Philosophiae & Artium

MAGISTRI impetrandis

placido Eruditorum examini submittet

AUCTOR

CHRISTOPHORVS PRAETORIVS,

Wollin. Pomeranus.

A. D. IV. IUNII. cis Iocci VII.

HALAE LITTERIS ORPHANOTROPHEL.